

APHORISMI  
LOGICES  
ET  
METHAPHYSICES

QUOS  
UNA CUM POSITIONIBUS EX ALIIS  
PHILOSOPHIAE PARTIBUS

PRAESIDE  
**FELIX ANTONIO BLAU,**  
SS. THEOL. AC PHILOSOPH. DOCTORE, EJUSDEMQUE IN ALMA UNIVER-  
SITATE MOGUNTINA PROFESSORE PUBLICO AC ORDINARIO, FACULT.  
PHILOS. ADSESSORE, ECCLESiar. COLLEGIATAR. AD S. JOANNEM  
MOGUNTIAE, ET IN MOXSTADT CANONICO CAPITUL.

PRO CONSEQUENDA PRIMA LAUREA PHILOSOPHICA

*defendant*

PRIMI EX II. CLASSE PHILOSOPHICA

*Münster*  
Die XX & XXI Septembris MDCCCLXXXIV.

---

MOGUNTIAE,

*ad donum I. Krebs*  
Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud JOANNEM JOSEPHUM ALEF,  
Hæred. HAEFFNER.

*Philos.*  
1795.

NOMINA DEFENDENTIUM.

- I. VALENTINUS HENRICH, *Abenheimensis* die 20 mane
- II. EDMUNDUS DE HAGEN, *Duderstadtianus* 20 a prandio
- III. IGNATIUS REISINGER, *Aschaffenburgensis* 21 mane
- IV. PAULUS SCHMITT, *Cosheimensis* 21 a prandio
- V. MICHAEL KRAEMER, *Bingensis* 20 mane
- VI. JACOBUS HAPP, *Lorichius* 20 a prandio
- VII. JOSEPHUS BICKER, *Hasso-Neostadtienis* 21 mane
- VIII. MELCHIOR REIDEL, *Oppenheimensis* 21 a prandio

Philos. 497

1402 743 01



## A PHORISMI LOGICES ET METAPHYSICES.

*P*rolegomena in universam Philosophiam tradunt notionem philosophiae, divisionem, ordinem partium, differentiam a scientiis positivis, pretium philosophiae, nexus cum bellis artibus, vitia philosophophitanda, bonum gustum in studio philosophiae, modum studendi, synopsis historiae philosophicae.

*Prolegomena in Logicam* agunt de ejus objecto, fine, utilitate. De methodo istam tradendi nos ita sentimus: Logica complectitur historiam & artem rite cogitandi; quia vero idearum origo, judiciorum ac ratiociniorum indoles non nisi ex analysi virium animae cognoscitivarum intelligi potest, hinc Logicæ aut præmittenda aut inserenda est theoria vis cognoscendi. Quomodo enim accedens ad limina philosophiae mox leges rite utendi quavis cognoscendi facultate distincte edoceri poterit, nisi prius ejusdem indolem & vim naturalem in omnibus hominibus comprehensam noverit? quomodo emendare, & dirigere poterit eam vim animæ, cujus phœnomena ignorat? quomodo intelligere poterit illa ab experientiis abstracta & decursu tot sæculorum collecta artis Logicæ præcepta, nisi ista applicari possint & debeant?

### LOGICA.

Generatim omnis animæ modificatio, quæ adjunctam habet rei alicujus, si nostri s. rerum a nobis distinctarum ideam, *cognitio* dicitur: si hæc animæ modificatio rei a nobis distinctæ cognitio sit, dicitur *repræsentatio* (*Vorstellung*); si nostri ipsorum, corporis, aut animæ, *sensio* (*Fühlen*); si orta sit ex qualicunque idearum erga se comparatarum relatione, *cogitatio* (*Denken*); unde agendum est de vi repræsentandi, sentiendi, cogitandi, tum commune harum facultatum organon sc. phantasias, earum prærogativæ, & naturalis limitatio spectanda sunt; sex proinde sectiones Logica complectetur.

## S E C T I O X. V I S R E P R A E S E N T A N D I.

§. 1. *Nexus animæ humanæ cum corpore & mundo.* Per animam intelligimus ens illud, quod in nobis cogitat, a corpore distinctum, sed tamen intime cum eo connexum, intellectu & voluntate præditum — existentia animæ est factum quoddam indemonstrabile & fundamentale: discernimus autem omnes animam nostram ab objectis externis, a propriis ejus mutationibus, a corpore nostro: alia ratione corpus, alia animam nostram vocamus; corpus ad nos non referimus, nisi quatenus nobis est organum sensacionum — nihilominus est anima corpori intime conjuncta: ratio explicandi mutuum hoc commercium tribus philosophorum hypothesis aniam dedit, quarum hoc loco tantum notio historica sufficit: ex varietate horum systematum intelliguntur diversæ philosophorum de origine idearum sententiae, Aristotelis, Platonis, Cartesii, Malebranchii, Leibnitii, & aliorum quorundam Antiwolffianorum — conjunctionem corporis cum anima necessariam esse ad mundum, qualis modo appareat, repræsentandum, non consentiunt Idealistæ, nec Harmonistæ cum Influxistis: Est vero mundus iste nobis phœnomenon aliquod s. est nobis id, quod relate ad hanc organorum structuram, & ad hunc situm corporis in mundo esse potest: hinc finis conjunctionis animæ cum corpore est, ut mundus sub phœnomeno aliquo sensibus nostris proportionato appareat.

§. 2. *Genesis idearum sensualium.* Vis repræsentandi primo modo se exerit per *sensationes externas* (dahre Empfindungen;) omnes nostræ ideæ a sensibus originem habent: quid sint organa sensoria, sensus externi, facultas sentiendi, sensatio externa s. idea sensualis hic dicetur — ad sensationem externam quatuor requiruntur, impressio ab agente objecto externo in organo sensus facta, hujus ad cerebrum propagatio, motio s. idea materialis in cerebro, & perceptio in anima: unde & patet, quomodo sensationes externæ vel debilitentur, vel plane impedianter — quoties sensatio fit, semper organa ab objecto externo commoventur: impressio objecti propagatur ope nervorum: quæ horum elementa? duplex est eorum functio: nervo enim cum cerebro non communicante sensatio cessat; sedes ergo sensationis non est in loco impressionis, sed in cerebro, quod est immediatum, nervi per corpus diffusi

diffusi mediatum animæ organon; sensibilitas nervorum non est, nisi eorum irritabilitas; &, si illa pars corporis sit sedes animæ, in quam anima, & quæ in animam proxime agit, cerebrum, non totum corpus aut alia ejus pars est sedes animæ. An vero totum cerebrum? an pars? & quænam illa? hoc definiri nequit. — Quænam vero est illa nervorum proprietas, qua ad functiones suas aptantur, suntne tubolorum instar fluido nerveo repleti? an membranæ eorum sensibiles sunt? an instar chordarum tensi motus oscillatorios recipiunt? an materia electrica circumfluens aut penetrans functiones eorum peragit? an nervi omnium sensuum externorum? an fibræ saltem ejusdem nervi in sensu quodam externo sunt homo — an heterogeneæ? hypotheses istæ exponenda sunt. — Quid vero jam sunt ideae materiales in cerebro, an species objecti impressæ, imagines objectis similes? nequaquam: sunt id quod ex certa relatione objecti in hæc organa agentis resultat: nec requiritur ea similitudo, tamen ex effectu causa, ex signo res signata cognosci poterit; dicuntur ergo ideae materiales improprie tantum imagines objectorum externorum. — Ut autem oriatur ex impressione representatio objecti externi, illa aliquamdiu in anima perdurare debet; hæc dicitur *continuata impressio* (*Nachempfindung*).

§. 3. *Sensus externi singillatim considerati.* Non omnia organa externa apta sunt ad quamlibet impressionem recipiendam: hinc plures admittendi sunt sensus externi, quibus utique convenit ratio generica tactus — sensationes sunt vel puræ vel mixtæ: multum juvat in singulis sensibus illas distinguere, ne error sensibus tribuatur, qui judiciis sensualibus inest, aut phantasticæ operationi — *tactus* quodnam est organon in corpore externo? est hic sensus maxime immediatus: idea tactilis & objecti externi, & corporis nostri apperceptionem involvit: hic sensus docet, quid sit orpus, impenetrabile, durum, molle, elasticum, lœve, asperum, ideas extensionis, magnitudinis, figuræ, motus & quietis &c. ex his sensationibus plures per visum acceptæ non nisi mixtæ sunt — *gustus* organon est palatum præsertim & lingua; huic sensui semper adjunctus est tactus: est mutationi obnoxius: ex plurimis tantum quadruplices genericos sapores designare possumus: an hi sunt quid in ipsis corporibus sapidis? Sapores commixti in unam confluent sensationem — *odoratus* est sensus prioribus subtilior: aer est vehiculum particularum odoriferarum, quæ subtilissimæ sunt pro aeris densitate vel raritate & copia exhalationum odor erit fortior vel



debilior; magna est hujus sensus cum toto systemate nerveo connexio: generalia tantum nomina odores habent; a quo corpore procedant, aliis sensibus discimus — *auditus* medium est aeris motus tremulus; ex sono hominem, avem, distantiam &c. dum cognoscere dicimus, non amplius est sensatio pura hujus sensus: plures soni sunt singillatim apperceptibiles — *visus* medium sunt radii lucis: ex his ideæ colorum; ex hoc sensu habentur quoque ideæ extensionis, sed superficialis tantum, figuræ, motus, distantiae, magnitudinis apparentis; sed hæ ideæ per tactum sëpe corrigi debent, quo distan-  
tias metimur, & veram magnitudinem, atque motum proprium a motu ob-  
jecti externi discernimus — sensus externi *subtiles* vel *tardi*, acuti vel  
*hebetes* sunt, an acui possunt usu & exercitio congruo? id experientia testa-  
tur: perficiuntur autem a) ipso organo recipiente aliam dispositionem, b)  
phantastica adsoctione præteritarum idearum cum præsenti, c) faciliori re-  
ceptivitate animæ.


§. 4. *Sensus externi inter se comparati.* Sensus eo subtilior est, quo subtiliori materia afficitur: hinc subtilissimus est visus, quem sequuntur au-  
ditus, tum odoratus, gustus, tactus. — Sin attendatur *vivacitas* idearum,  
quas per sensum quolibet acquirimus, præcedet tactus, & sequuntur reliqui  
ordine inverso — spectata *distinzione* idearum per sensus obtentarum, ea-  
dem iterum erit sensuum erga se ratio, qua fuerat subtilitatis — idem ordo  
observandus erit, si respiciatur *facilitas reproductionis* idearum per phanta-  
siam: provide id a natura factum, ut ideæ sensuum vivaciorum difficilius re-  
staurentur: eadem ratione, qua sensus ipsi subtile ac distincti sunt, etiam  
dignitas delectationum sensualium estimari debet. — Si conferatur *sphæra*  
*aetivitatis*, sensus iterum rationem subtilitatis sequentur. — Sed quid? si  
sensus sensui contradicit, an fallunt sensus? non fallunt quidem, sed, ne  
tibi sint occasio erroris, sensum objecto proprium adhibe, plures sensus,  
rationem subinde consule, & præsertim organi ex- & interni, medii ac distan-  
tiae rationem habe.

§. 5. *Leges & differentia duplex idearum sensualium.* Lex  
generalis sensationum est: sensatio semper se habet, sicut impressio in organo  
utroque facta: inde leges speciales secundum *differentiam* idearum *materialem*:  
variant ideæ a) pro varia objectorum externorum in organa actione, b) pro  
diversitate organorum, c) pro diversa organorum & d) cerebri dispositione —  
sunt

sunt porro vel *simplices* vel *compositæ*: *simplices* tantum dicuntur relate ad nostram apperceptionem, non ex impressione, quæ semper *composita* est; *simplices* definiti nequeunt, hinc etiam per sensationes ex- vel internas tantum adquiruntur, claræ tamen sunt & uniformes, dividi nequeunt, varios tamen gradus admittunt, quos exprimere non possumus, nisi comparando ideas unius sensus cum ideis per alium sensum acceptis: idea *composita* differunt ab *ad sociatis* — 2) *juxta differentiam formalem* sunt ideae vivaces, claræ, distinctæ: vivacitas ideae causatur per fortens impressionem, & pendet a quantitate motus, qua objectum externum in organa agit: hæc obstat sape claritati & distinctioni ideae sensualis: distinguenda est claritas impressio- nis a claritate ipsius ideae: clara impressio motum objecti saltem ita intensum requirit, ut in animam propagari & objectum appercipi possit: hinc ob- jecta remotiora obscurius percipiuntur: idea distincta erit, si quævis objecti pars in peculiarem organi partem agat: impressio fortior debilitat vel ex- tinguit remissiorem.

§. 6. *Experientia*. Cum omnis nostra cognitio a sensibus pendeat, plurimum interest, experientias nostras esse legitimas: est vero experientia vel *immediata* vel *mediata*; per *immediatam* formantur non nisi ideae positivæ de rebus, judicia intuitiva, affirmativa, de rerum tantum existentia, adeoque de rebus singularibus, & notis eorum variabilibus; per *mediatam* acquiruntur ideae claræ, formantur judicia negativa de notis rerum constan- tibus, adeoque universalia, nexusque causalis invenitur: ut vero experientia utraque sit legitima, varia sunt attendenda & cavenda, atque in primis vi- tium subreptionis, quod variis modis committitur — experientia nostræ ampliantur *observationibus*, quæ sunt vel vulgares vel artificiales, & *ex- perimentis*: in his capiendis speciales cautelas notamus.

§. 7. *Natura representationum*. Quid est jam repræsentatio? quo- modo fit, ut præsens aliqua animæ mutatio exhibeat objectum quoddam ab ipsa distinctum? quid senserint de indole representationum Plato, Democri- tus, Aristoteles cum Peripateticis, Idealista, Leibnitius ac Wolfius, expone- mus: nobis repræsentatio est ea animæ modificatio, ex qua cognoscitur ali- quod objectum: plures simul repræsentationes anima capit — *apperceptio* est actio animæ continuato quodam intuitu objectum percipientis, quod seu singulare quoddam & ab aliis discretum cognoscitur; dicitur etiam *conscientia objecti*,



objetti, nisi forte per conscientiam majorem gradum apperceptionis indicare velis — an dantur in nobis representationes obscuræ, quarum conscientiam non habemus? videtur ita: inde etiam explicari potest illa quæstio: an anima semper cogitat? — criterium inter ideas claras & obscuras est apperceptio.

§. 8. *Vis representandi actus.* Vis representandi exercetur *attendendo*: attentio pro varia directione dicitur comparatio, reflexio, abstractio: attentioni adjungitur actio animæ in organa in — & externa, abstractio vis ejus ab aliis objectis, & intensio uni facta: attentione idea sensualis & ipsa impressio fit clarius atque vivacior: si plura objecta simultaneam faciant impressionem, aut celeriter succedentem, attentio dissipatur, ideae oriuntur in completæ, & impressio fortior auget difficultatem attendendi ad debiliorum — attentio est vel ampla vel restricta, vivida vel debilis, aut plane suppressa, ordinata vel dissipata, votabilis aut fixa; haec varie affectiones attentionis dependere videntur a diverso motu spirituum animalium in cerebro — demum attentio est vel flexilis vel tarda, haec facit homines intractabiles, nisi a juventute attentionem dirigere discant: confortatur attentio usu, & exercitio congruo, debilitatur conversione nimis diutina ad unius generis objecta: reficienda attentionis optimum medium est variatio objectorum; attentio, licet adjunctam habeat reactionem animæ in organa ex- & interna, tamen simul est actio animæ immanens — phantasia tanquam vis animæ ideas semel habitas reproducendi utique & ad vim representandi referri debet, sed quia ista cum aliis quoque animæ facultatibus connexa est, infra speciali sectione de ista agetur.

## SECTIO XII.

### VIS SENTIENDI.

§. I. *Objectum sensus (Gefühl).* Conscientia nostri multiplex distingui debet a) corporis b) animæ, mutationum, actionum & virium ejus c) existentia d) individualitatis propriæ & e) personalitatis: varia ratione oritur & amittitur haec conscientia — omnis animæ mutatio, quæ appercipitur a nobis seu mutatio nostri, est *sensio*; prout vel mediatum ejus objectum est status corporis proprii, vel immediata mutatio animæ, dicitur *externa* vel *interna*: sunt autem omnes animæ modifications, non indifferentes, sed

sed quæ eam voluptate aut tatio afficiunt, *sensationes* sive *commotiones animi* (Rührungen, Empfindnisse). Nihil sentimus immediate, nisi praesentem animæ modificationem, & quidem ceu passionem: ipsas animæ actiones immediate non sentimus, sed tantum relicta eorum vestigia; nec etiam sentimus relationes nostrarum idearum, quas tum erga se invicem, tum ad statum animæ habent, sed tantum absolutas nostri mutationes.

§ 2. *Sensus externus* (äußres Gefühl) sive *conscientia corporis*. Corporis conscientiam acquirimus per omnes *sensationes externas*, quales sunt *sensationes famis, sitis, caloris, frigoris, nauseæ, affuet- & infuetudinis, Iassitudinis, refectionis &c.* hæ distinguuntur a *sensationibus externis*; licet in organizatione externa sedem ambæ habeant, tamen illæ non repræsentant objecta externa, sed immediate statum corporis proprii: *sensationes*, quo sunt vivaciores, eo vivacior, quo plures simultaneæ, eo magis distincta erit conscientia corporis: vivacitas tamen ista certum gradum excedere non debet: non diu erit homo sine conscientia corporis: non nisi earum partium corporis & eatenus conscientiam habemus, quatenus nervis præditæ, sunt præsens immediatum instrumentum sensationum. — In *sensatione externa* pars duplex distinguui debet, *repræsentatio objecti externi*, & *modificatio nostri*, ultimo sub respectu tantum nostri conscientiam parit, & quidem eo minus, quo magis ad objecti externi contemplationem elicetur vis repræsentandi: quo hæc minus viva, eo vivacior est sensus nostri: unde vero est, quod aliæ magis vim repræsentandi, aliæ magis sensum nostri ipsorum excitent? id pendet a) a prævia certæ facultatis cultura b) ab impressionis ipsius qualitate; viva & confusa afficiet sensum, distincta vim repræsentandi: hinc jam facile adsignari poterit proportio, qua sensus nostri externa alterutram facultatem magis excitant.

§. 3. *Sensus internus s. conscientia animæ & existentia propria*. Mutationum animæ immediatam conscientiam habemus, discernimus etiam sensu interno varias harum mutationum affectiones, varios gradus claritatis idearum, ideas simplices & compositas, compositas ab associatis, sensations a phantasmatis; appercipimus ad sensum & dissensum quibusdam propositiobibus, quibusdam impressionibus in oculo & aure factis, aut certis actionibus hominum præstum, unde sensum veri, pulchri & moralem animæ trahunt. — Dum agimus, eo momento concii quidem non sumus, nos age-

re; interim aliter mutationes passivas, aliter activas in nobis oriri sentimus, quas dum inter se conferimus, conscientia reddimur actionis & passionis propriæ; quas mutationes a se ipsa dum anima discernit, facultatum passivarum & virium propriarum conscientia sit: hæc ergo consentia vis est tantum mediata & reflexa: ex diversitate actionum inferimus diversitatem virium; earum vero nullam conscientiam habere possumus, quæ nondum in nobis prodierunt — sicut conscientia mutationum corporis aut animæ per sensiones immediata est, sic etiam semper immediate coappercipimus existentiam nostram, utique non independenter a præviis nostri mutationibus, sed semper comitatatur conscientia existentiæ conscientiam mutationum nostri; per ratiocinium ergo non infertur; unde hoc nihil probaret illud Cartesii: cogito: ergo existo; sed existentia est factum quoddam indemonstrabile & primum: longiori via ex conscientia actionum nostrarum accipitur conscientia existentiæ nostræ; hæc conscientia gradus vivacitatis & extensionis admittit, cum conscientia sensuum ex- & internarum obscuratur, debilitatur, supprimitur; est vel confusa solum, vel etiam distincta — experientiæ internæ sunt etiam vel immediatæ vel mediatae: de eo dubitare non possumus, quod immediate experimur, possumus autem decipi circa experientias mediatas; ne fallamur, cautelæ quædam notandæ sunt.


§. 4. *Conscientia individualitatis & personalitatis.* Individualitatis idea componitur ex omnibus nostris ex- & internis determinationibus accidentalibus & essentialibus, hinc valde incompleta est; hæc conscientia origo est omnis decori & actionum reflexarum, deficit, cum sensationes a phantasmatis non discernuntur, qui status varios gradus habet, in meditatione profunda, affectibus vehementibus, in melancholico, ebrio, fanatico, somniante, delirante &c.; conservatur hæc conscientia, & si fuerit amissa, revocatur, per sensationes præsertim statum nostrum externum resipientes — hæc conscientia individualitatis propria est nobis sensus jucundissimus; quilibet secum ipso contentus, sibi ipsi maxime placet, tum res aliæ ea proportione, qua ad eum relationem habent, similitudinis, affinitatis, communionis cujuscunque; ex jucunditate ista oritur in omnibus conatus eam conscientiam continuandi, & impediendi, ne nimis debilitetur, aut ullo tædio afficiatur: viva autem conservatur ea conscientia a) per certas idearum affectiones, si nempe sint novæ, veræ, præsertim a nobis ipsis confectæ, distinctæ, si objecta grandia, pulchra & perfecta repræsentent, b) per sensiones

siones c) affectus d) variationem affectuum, e) conscientiam præsertim virium & fortitudinis propriæ, quo refertur fortitudo & forma corporis, vis cogitandi & eloquentiæ, artes, quas quis exercet, divitiae, omniaque bona externa & honor proprius: plurimum vero interest ad felicitatem nostram, veram esse hanc conscientiam nostri & justam aestimationem: quibus vero id mediis conficietur? — hæc conscientia nostri est vel *comitans* solum, vel *continuata*, quæ est conscientia *personalitatis* nostræ: hæc fundatur reminiscientia, eoque gradu viva & perfecta erit, quo ista; hinc differt a conscientia existentiæ & personalitatis.

## S E C T I O   X X I I .

### VIS COGITANDI.

Vim cogitandi aliqui intellectum, alii rationem, aut facultatem cognoscendi superiorem appellant, alii intellectum cum ratione confundunt; nos distinguimus vim intelligendi, judicandi, ratiocinandi sub genericâ vi cogitandi comprehensam: vis cogitandi comparatione idearum, atque intuita relationis, quam illæ erga se habent, occupatur: a forma, quam impressio quæcumque a vi cogitandi elaborata accipit, dicitur *idea reflexa*, quatenus sola impressione constabat, *intuitiva*: alio adhuc sensu ideæ *intuitivæ* opponuntur cognitioni *symbolicæ* & *analogicæ*; ideæ per sensum ex- & internum immediate acceptæ sunt intuitivæ, in cognitione analogica sensations istæ, in symbolica res arbitrariæ sensibiles sunt nobis signa aliarum rerum & idearum — vis cogitandi actus sunt *ideæ relativæ*, quæ involvunt aliquam relationem, his opponuntur *absolutæ*: alio etiam sensu subinde dicuntur judicia nostra esse relativa, quatenus ad mutabilem quandam & arbitrariam mensuram exiguntur — divisio inter facultatem cognoscendi *inferiorem* & *superiorem* inventa est, ut id, quod in cognitione nostra sensui debetur, distingueretur ab eo, quod a propria reflexione profectum est; male ponitur ea distinctio, si per vim cognoscendi inferiorem non nisi confusa, per superiorem non nisi distinctæ ideæ adquiri posse putentur: nec vis cognoscendi superior, si ponitur ceu nota characteristicæ hominis a bruto, ut altior solum gradus vis inferioris, nec ceu vis diversa & seorsim agens concipi debet.



## ARTICULUS I.


## INTELLECTUS.

¶. I. *Operationes intellectus.* Vis cogitandi occupata efformatione idearum distinctarum & universalium *intellectus* a nobis vocatur: quid sint notæ idearum & quotuplices, quid ideae claræ, claritas synthetica & analytica, quid ideae distinctæ, adæquatæ, quomodo per intellectum formentur, hic dicendum est — altera functio intellectus est *abstractione*: per hanc formantur ideae universales, quæ sunt vel *sensuales* vel *superiores*: abstractione per varios gradus elevari potest, inde exsurgunt ideae specierum & generum; omnis tamen idea, utcunque simplex reddita per abstractionem, utpote in sensationibus contenta, ad eas denuo reduci potest. — Triplici autem modo ideae universales a nobis obtainentur a) per verba b) abstractione quadam *naturali*: sic abstracta sensualia præsertim oriuntur altiori impressione ejus, quod erat in pluribus sensationibus simile: hinc possibles sunt ideae universales sine usu verborum c) *artificiali*, sic abstracta intellectualia sunt, prioribus magis distincta & determinata: sed quomodo representantur in nobis talia abstracta, quibus in natura objectum reale & determinata imago in cerebro non respondet? id diversi diversimode explicant, & omnes conciliari possunt, si attendatur triplex abstractorum origo — idea universalis extensionem quandom habet & comprehensionem: haec vero duæ proprietates sunt erga se in ratione inversa — insignis usus est idearum universalium: dant cognitioni nostræ extensionem, claritatem, distinctionem, sunt fundamentum linguarum ac ratiociniorum, conciliant denique cognitioni in tanta rerum varietate ac confusione ordinem, dum objecta in genera & species distribuuntur; quæ classificationes licet forte non sint conformes rebus ipsis in natura existentibus, licet non exprimant essentiam realem, tamen utiles sunt, & limitato intellectui nostro accommodatae — abstractione quoque notæ constantes cognoscuntur & variabiles, sic ideae *substantiarum* oriuntur & modorum: hinc patet, quid sint ideae abstractæ, quatenus concretis opponuntur: ideae subjectorum utique non exprimunt, nisi essentiam nominalem, hinc non sunt apud omnes eadem; magis adhuc variant ideae modorum, præsertim compositæ, cum plane non habeant in natura determinatum objectum, unde abstrahi debent — ideae abstractæ vel sunt *sensibiles* vel *pure intellectuales* vel *mixtae*; omnibus adjunctum quidem est signum quoddam sensibile, per quod in

in anima repræsententur, sed intellectuales in sensu interno potius, illæ in externo suum habent.

§. 2. *Nexus facultatis abstrahendi cum facultate linguam verbalem addiscendi.* Signum est quodcumque objectum sensibile, aptum ad rei cuiuscumque repræsentationem excitandam: est vel naturale vel arbitrarium: significatio ejus adsoctione idearum nascitur: signa necessaria sunt ad ideas mutuo communicandas, in qua communicatione jam insigne commodum continetur: utilitas signorum late patet: 1) per ista omnes ideæ sensuales & abstractæ clarius & facilius reproducuntur. 2) Per signa lecta vel audita novæ idearum series facilius nectuntur, sic ideæ magis veniunt in usum & potestatem nostram. 3) Ideæ universales potissimum per signa adquiruntur & phantasæ imprimuntur. 4) Facilius conjunguntur & ordinantur: maximus igitur est lingua in rationem influxus — necessariæ signorum dotes, ex quibus lingua eujuscumque perfectio estimari debet, sunt a) signum sit aptum, b) vi significandi præditum, c) facile: quæcumque signorum collectio generatim lingua vocari potest: prima se exercit lingua *animalis* s. *clamorosa*, & lingua per signa *vultus*, quæ duo linguam *naturalem* constituant: hæc plures defectus habet; paulo aptior videtur lingua per *geslus*, sed & ipsa valde imperfecta: lingua *verbalis* reliquis longe præstantior per sonos articulatos ideas exprimit; soni autem articulati sunt signa magis perceptibilia, facilia, multæ variationis capacia tam in conjunctione, quam pronunciatione, facile se adsocant ideis, & usum habent universalem: impressiones ab objectis in aure factæ ceu objectorum qualitates sonoræ facilius ceu signa ipsorum objectorum abstrahi & usurpari possunt, quam impressiones in tactu vel visu factæ. — Linguam verbalem ab hominibus inventam esse, plures rationes suadent: sed quomodo potuit ab hominibus inveniri? homo in societate cum hominibus constitutus sine prævio linguae usu & individua appercipiendi, & abstracta formandi vi præditus, organis linguae valde modificabilibus & facultate imitandi naturam circumquaque sonantem instructus, in tanto se aliis exprimendi instinctu quidni initium dare potuerit linguae proprias tensiones, animalia, objecta sonora manifestanti? unde vero soni articulati? unde signatio objectorum non sonorum? insensibilium? successiva hæc fuit linguae cultura, & grammaticæ totius inventio: mediam inter eos, qui negant potuisse, & qui affirmant debuisse ab hominibus linguam verbalem inveniri, tenemus sententiam: ex his patet, quod lingua *O ratio* se mutuo

parte efformatione  
ocatur: quid fin  
etica & analytica,  
formentor, hic  
hanc formantur  
ratio per varios  
erum; omnis  
pote in sensitio  
tem modo ideæ  
dam naturali;  
jus, quod erat  
rsiles sine usu  
ioribus magis  
alia abstracta,  
cerebro non  
possunt, si  
nonem quan  
erga se in  
cognitioni  
lingvarum  
varietate ac  
nunt; quæ  
ex silentibus,  
imitato intel  
lentes cognos  
derum: hinc  
ur: ideæ sub  
hinc non sunt  
resertim com  
sum, unde ab  
ntellec[t]ualis vel  
sibile, per quod  
in



*mutuo perficiant* — quævis lingua suum habet genium; *virtutes linguae* sunt copia, elegantia, flexibilitas, & perspicuitas; *analogia* linguarum sæpe ad sensum vocis determinandum servit: linguae aliter primitus, aliter una jam cognita addiscuntur — inventio scripturæ mirus profecto & insignis est ingenii humani partus; deprehenditur in nationibus antiquissimis & realis & *literalis* scriptura, multis realem prærogativis excellens: aut a reali ad literalem transitus factus, aut mox *literalis* inventa est; successivam ut lingua culturam habuit.

## ARTICULUS II.

### VIS JUDICANDI.

§. 1. *Judicij indoles.* Judicium est intuitus relationis, quam duæ ideæ inter se comparatae ad se habent; tria ergo ad judicium requiruntur; *relatio* *idearum* ad se est vel *relatio con-* vel *disconvenientiæ*; judicium differt ab *idea composita*; hinc patet, quod, sicut nullæ *relationes*, sic nec *judicia sentiendo*, sed *cogitando* orientur: dantur vero *judicia sensualia*, tum nascuntur *judicia generum & specierum*, sicut *ideæ universales*: *judiciis universalibus* *opponuntur intuitiva* — *judicia* sunt vel *immediata* vel *mediata* & *conclusa*; *judicia immediata* alia non dantur, nisi vel *experiendiæ immediata* vel *clara principia rationis*; sæpiissime vero a nobis *judicia mediata* pro *immediatis* *habentur* — *dotes* *judicij* sunt, si sit *subtile*, *acutum*, *penetrans*, *maturum*; distingunt etiam *theoreticum & praæticum*, quod *intelligendum* est, si dicitur hominem *judicio gaudere*: tribuitur etiam *sensibus externis* *judicium quoddam*, unde *judicium aurium* dicitur.

§. 2. *Indoles & veritas propositionum*, quibus *judicia exprimuntur*. In propositione spectari in primis debet determinatus *sensus & relatio* cuiuslibet termini, quam ejus *suppositionem* vocant — *affectiones propositionum* sunt vel *absolutæ* vel *relativæ*: ad *absolutas* spectat earum *qualitas*, *quantitas*, *materia*, *forma*, & *determinatio*; ad *relativas æquipollentia*, *conversio*, *subalternatio & oppositio*, a) *qualitas propositionum* consistit in *determinata relatione* *duarum* *idearum* ad se *invicem*; hinc sunt vel *affirmativa* vel *negativa*: in *affirmativis* *ideæ subjecti & prædicati* sunt vel *subordinatae*, vel *coordinatae*, vel *reciprocae*, in *negativis* vero sunt vel *disparatae*

ratæ, vel oppositæ, & hæ vel contradictriae vel contrariae, a negativa  
 discerni debet propositio infinitans & subsumita, b) quantitas propositionis  
 desumitur ab extensione subjecti; unde propositio est vel singularis vel  
 universalis, def. aut indefinita; propositio indefinita præsumitur universalis,  
 nisi de mente auctoris constet: vera universalitas desumitur ex relatione  
 convenientiae prædicati cum subjecto: prædicatum propositionis affirmativæ est  
 particulare, negativæ vero universale. c) Materia propositionum est vel id,  
 quod continet quævis propositio, unde dicitur theoretica, practica, axiomæ,  
 theorema, problema &c., vel est determinata ratio, qua prædicatum enun-  
 ciatur de subjecto: propositio affirmativa in materia contingente requirit  
 existentiam subjecti ad sui veritatem, non vero, si sit negativa aut in materia  
 necessaria, d) forma derivatur a pluralitate idearum: ratione formæ sunt  
 vel simplices, vel complexæ vel compositæ, hæ vel ex- vel implicite compositæ  
 s. exponibiles; explicite tales sunt copulativa, hypothetica, disjunctiva,  
 causalis; exponibiles vero modalis, exclusiva, exceptiva, comparativa,  
 exhibitiva, adversativa, inceptiva & definitiva: quisnam est cuiusvis pro-  
 positionis compositæ sensus? quid ad cuiusvis veritatem requiritur? In pro-  
 positionibus complexis quando propositio incidens falsam reddit totam pro-  
 positionem? e) Determinata propositio est, si ratio sufficiens relationis,  
 quam prædicatum habet ad subjectum, in ipsa continetur, alias erit indeter-  
 minata; potest vero determinata esse vel vi definitionis, vel vi conditionis;  
 unde attendi subinde debet ad sensum compositum & divisum; omnis propo-  
 sitio determinata universalis est. — Definitiones distinctam & determinatam rei  
 notionem exprimunt, unde patet, qua sint leges definitionis, sc. 1) expri-  
 mat notas essentiales rei vel saltem attributa, 2) sit reciproca cum definito  
 i. e. nec latior nec angustior isto. 3) Sit clarius definito, hinc verba sint  
 clara, definitum nec mediate nec immediate ingrediatur definitionem: defi-  
 nitiones sunt vel reales, vel geneticae vel nominales: quem usum habent de-  
 finitiones generatim? quem reales? quem nominales? ab his differunt nudæ  
 vocum explicationes: subin adhibenda descriptioes: quis vero & abusus  
 definitionum — ad propositiones disjunctivas reducitur divisio logica, licet  
 illæ latius pateant: leges divisionis sunt a) qualibet species contineat totam  
 notionem generis b) membra sint opposita c) simul sumta exæquent totum  
 a) species debent esse proximæ generis, & debita fiat subordinatio membrorum  
 per subdivisiones: quis usus divisionum, quis abusus? — inter rela-  
 tivas propositionum affectiones notanda in primis est earum oppositio; dicun-  
 tur

tur autem oppositæ, quæ una veræ esse non possunt: oppositio autem est vel in materia, si ipse ideæ sint oppositæ, vel in forma, si signa qualitatis & quantitatis sibi aduersentur: contradictoriæ in nulla materia possunt esse simul veræ, nec simul falsæ; contrariæ nunquam sunt simul verae, sed tantum in materia contingente simul falsæ; subcontrariæ possunt ambae esse verae, (unde istæ, sicut & subalternæ oppositæ non sunt) nunquam tamen simul falsæ: ex his patet, quando a veritate unius ad falsitatem alterius, & viceversa, procedat conclusio; quomodo cuivis propositioni & simplici & compositæ sua adsignatur contradictionia?

### ARTICULUS III.

#### RATIO.

In determinanda notione rationis humanae quidam respiciunt ad modum operandi omnibus ejus actibus communem, & tum esset capacitas ideas comparandi earumque relationem respiciendi; aliqui ad singulos tantum actus, & hi strictius facultatem ratiocinandi pro ratione sumunt, alii ad varias rationes in homine dispositiones, & si eam fundant in reflexione, alii denique systema veritatum universalium nobis congenitatum rationem appellant: nos operationes rationis quadruplici sensu siogillatim exponemus.

§. I. I. Ratio humana primo sensu sumpta est facultas ideas comparandi, earumque relationem perspiciendi, quod verum cognoscit, admittendi, & falsum reprobandi — generales ejus agendi leges. Sicut vires corporum & vires appetendi in anima per experientiam constantem observantur certo quodam & immutabili modo agere, ita & vires cogitandi, inde leges motuum, appetitus, cogitandi abstrahuntur; tales cogitandi leges istæ sunt: 1) non possumus cogitare, quod idem simul sit & non sit 2) non possumus ideam ex notis contradictoribus componere, 3) nec notam essentialē ab idea separare, 4) debemus ceu eadem vel similia cogitare, in quibus notarum identitatem perspicimus, 5) posito eo, ex quo aliud plene intelligitur, & illud ipsum admittere debemus, 6) quæ convenient vel repugnant generi aut speciei, etiam affirmare vel negare debemus de inferioribus. Jam ab hisce subjectivis cogitandi legibus principia quædam abstracta, & ad ipsam objectorum naturam translate sunt, & vocatur, 1) principium contradictionis 2) principium

*inconjugibilium, 3) inseparabilium, quæ duo fundantur immediate in principio contradictionis, 4) principium convenientiæ s. identitatis, 5) ratiōnis sufficientis, 6) dictum de omni & dictum de nullo: inter hæc principia, in omnibus cogitandi actibus se potissimum exerunt principium contradictionis & convenientiæ, illud in perspicienda idearum impossibilitate, falsitate iudiciorum & ratiociniorum affirmativorum, & negativorum veritate; hoc in idearum possibiliitate, judiciorum & ratiociniorum affirmativorum veritate — ista duo principia, contradictionis & convenientiæ, sunt quoque principia formalia veritatis; veritas vario sensu sumitur, jam metaphysica intelligitur, jam physica, moralis, historica, hermeneutica, logica; ex his si abstractatur notio communis, est veritas con- vel inconvenientia eorum, quæ ut eadem vel distincta ratio repräsentat & representare debet: veritas objectiva distingui debet a subjectiva, illa absoluta est & immutabilis, hæc vero relativa, & varios gradus perfectionis admittit, prout cognitio magis, vel minus ad veritatem objectivam accedit: quod est objective verum, potest videri subjective falso, & vicissim: objectiva veritas nulla alteri contradicit; hinc, quod cum vero pugnat, falso est, & omne falso cum aliquo vero pugnat — veritas est denique vel idealis solum in propositionibus, ubi prædicatum quidem consenit subjecto, sed non sumitur, aut non demonstratur, ideam subjecti esse possibilem aut realem; si hoc, erit veritas realis.*

**§. 2. Variae operationes rationis humanae pro vario intuitu criteriorum veritatis.** Principiis supra positis nituntur leges assensus logici & dissensus vero aut falso præstati, & quidem assensus erit necessarius, si intuitus veritatis sit evidens vel certus, non vero si dubius aut probabilis — criteria, ex quibus veritas cognoscitur, sunt vel directa vel indirecta, interna aut externa, sufficiens aut insufficientia: criteria veri, si in propositione distincte cognoscuntur, ea evidens dicitur; necesse est vi legis cogitandi necessariæ propositionem evidentem esse veram: sed falluntur etiam homines subinde evidētia apparente! characteres dabimus, qui evidentiam veram a spuria discernant. Hæc vero evidētia est vel immediata in intuitu veritatum immediatarum, tunc assensus est momentaneus, tardior in veritatibus mediate evidētibus, quæ reduci debent ad veritates immediatas, ut sint objectum sanæ rationis, & veritas pateat; hoc sit ope demonstrationis; hæc sit ordinata & consummata: prout diversa sunt demonstrationum principia, aut eorum constructione, varia sunt demonstrandi genera; sic dicitur demonstratio a priori &

*posteriori, synthetica & analytica, directa & apagogica:* varia autem demonstrationam vitia vitanda sunt. Effectus demonstrationis sunt, quod convincat intellectum, assensum extorqueat, dubium excludat, etiō tum, eum veritas appetitui non adridet — qui sine formidine erroris propositioni adh̄eret, vel sufficientes veritatis rationes intuetur vel solum insufficientes, hoc casu aderit *persuasio*, illo *certitudo*; ambo differunt tum origine, tum sequelis: qui convictus est de veritate, oppositum ejus non cogitat ut possibile, hinc, sicut impossibilitas oppositi, sic & certitudo est vel *absoluta* s. *metaphysica*, vel *conditionata*, & hæc, prout leges naturæ sunt vel *physicæ* vel *m Morales*, est vel *physica* vel *moralis*: hæc licet non sit *absoluta*, tamen eam sequi & possumus & dēhemus — certitudo *physica*, præsertim de futuris eventibus, quibus nititur rationibus veritatis? plures præteritæ uniformes experientiæ vi adsoctionis idearum faciunt, ut in iisdem adjuncti similem eventum exspectemus, & quidem cum inclinatione quadam naturali, quæ cœu vera mentis humanæ perfectio ad falsum inducere nequit.

§. 3. *Habitudo rationis erga cognitionem probabilem.* Si intuitus veritatis desit, aut quod plane non perspiciantur, aut æquales oppositæ rationes veri, tunc mens est in *dubio*; tunc assensus non consequitur: quando vero dubium est prudens, quando imprudens? — Sin rationes aliquæ veritatis perspiciantur, quæ quandam ad assensum inclinationem pariunt, sed non insuperabilem, quia oppositum ut possibile agnoscitur, hæc cognitio dicitur *probabilis*; unde propositiones contradictoriarum ambæ probabiles esse possunt; minus probabilis non hoc ipso falsa, nec probabilior vera; respectu diversorum eadem propositio minus probabilis & probabilior esse potest: majori probabilitate nituntur præsumtiones, quæ, donec de falsitate positive constet, pro veritate valent — si respiciuntur ipsa criteria veri probabilis, tunc probabilitas est vel *directa* vel *indirecta*; directa estimatur numero & pondere rationum insufficientium: si in ratiocheinio alterutra præmissa solum probabilis fuerit, talis quoque erit conclusio: indirecta erit eo major, quo pauciores sunt rationes pro veritate oppositi, aut quo plures pro ejus falsitate — sin respiciuntur ipsæ veritatis rationes probabiles, tunc probabilitas erit vel *philosophica* vel *analogica* vel *mathematica*: generatim probabilis concludendi ratio fundatur expectatione similitudinis in successione & forma objectorum; tunc in specie *philosophica* ob quasdam rationes internas, *analogica* ob conformes experientias, *mathematica* ex relatione effectuum possibilium oppositorum ad se invicem judicium format

— ad

— ad probabilitatem philosophicam spectant *hypotheses*, quæ sunt causæ ideæles adsumtæ, ut per eas certa phœnomena explicentur: quomodo gradus probabilitatis in *hypothesibus* determinari debet? *hypotheses* utiles sunt inveniendæ veritati; sed aliquando frustræ; quis earum abusus? — ratio concludendi analogica plane naturalis est homini; sub se complectitur *inductionem & argumentum analogicum* in specie: quodnam est utriusque discrimen? *inductio incompleta*, quales sunt pleræque, fundat conclusionem probabilem, si de inferioribus deficientibus non potest ostendi contrarium, & quidem eo probabiliorem, quo de pluribus inferioribus constat prædicatum: *argumentum analogicum* ducitur a simili ad simile, & supponit quan-dam naturæ & hominum in ratione operandi unitatem: subinde inane est hoc argumentum; tunc vero probabile, si 1) sit vera similitudo inter id, a quo concludis, cum illo, ad quod concludis 2) si in notis affectionibus similibus sit aliqua saltem ratio illius ignotæ, quam infers — *mathematica probabilitas* sive *calculus probabilium* non nisi tunc locum habet, cum casus possibles oppositi sunt vel per combinationem determinabiles, vel relatio, quæ est inter casus possibles oppositos, per experientias jam determinata est: probabilitas in his casibus exprimi potest per fractionem, & æstimari ex ratione numeratoris ad denominatorem i. e. ex ratione, quam casus dati habent ad omnes possibles.

§. 4. *Objecta cognitionis probabilis.* Probabilitas ratione objecti, circa quod versatur est a) *physica*, b) *prognostica*, c) *historica*, d) *hermeneutica*: *physica* circa existentiam & indolem rerum actualium versatur, supponit similem sibi esse naturam, concludit a similibus aut dissimilibus proprietatibus vel relationibus ad similes aut dissimiles: *prognostica* nititur conclusione similitudinis præteriti cum futuro, est eo major, quo magis numerus experientiarum conformium excedebat numerum disformium: *historica* est vel *analogica*, si ex certis circumstantiis testium eorum auctoritatem colligit, vel *philosophica*, si ex ipsis rei circumstantiis & internis testimonii qualitatibus veritas præsumitur: datur *certitudo historica*, si probari possit *dexteritas & sinceritas* testium: in primis autem factum, quod testantur, debet esse possibile, & sub iis etiam circumstantiis, sub quibus contigisse fertur; facta tamen insolita & mirabilia non statim ceu falsa rejicienda sunt; deinde examinanda *auctoritas* testium; quæ coalescit ex eorum dexteritate & sinceritate; *dexteritas* iterum est vel *ex-vel interna*; neutra præsumitur;

*interna* consistit in viribus animi ad testimonium rite ferendum necessariis; ad hanc examinandam serviant sequentes canones: 1) quilibet rem sensibus obviam & observatu facilem, quam vult observare, rite observat. 2) Si plures testes convenient in re observata, præsumi nequit, quod in eundem errorem inciderint, observando rem plane ordinariam. 3) Dexteritas historici colligitur ex ejus stilo, ratione attestandi, exemplis criseos alias jam datis. 4) subinde tales sunt testes, ut rem scire debuerint: *externa* dexteritas consistit in certis circumstantiis loci vel temporis, quibus testis capax redditur veritatem cognoscendi; colligitur præsertim ex ætate testis & locorum distantia; quo per plures factum oralis tantum traditione propagatur, eo magis ordinarie semper fides imminuitur, hinc præfertur in regula testis fonti propinquior, oculatus aurito, domesticus extraneo, coævus posteriori: omne testimonium semper nisi debet teste oculato, ab hujus auctoritate pendet ultimo veritas testimonii per quocunque testes medios propagati, hinc rumor sine capite suspectus, hinc si plures auriti eundem oculatum sequuntur, pro uno valet eorum testimonium: *testes non oculati quicunque eam habent auctoritatem*, quam habent fontes, unde haudere, nempe vel ex commercio cum oculatis, vel ex monumentis scriptis, vel ex traditione oralis; monumenta sunt vel publica vel privata; publica privatis prævalent, & plene probant factum publicum, non vero privatum aut dogma aliquod: traditiones populares aut circa facta privata paucis nota versantes non magnam fidem merentur, si traditio ortum habet a teste idoneo oculato, & per medios testes æquali fide dignos propagetur, nihil de firmitate sua perdit; puræ vero & genuinæ censendæ sunt traditiones universales circa facta publica, quorum memoriam servari plurimum interest. Sed quid? si de facto silent coævi omnes, & id posteriores referant? hoc argumentum negativum ex silentio coævorum invictè probat falsitatem facti, si coævi illius meminisse & potuissent & debuissent; alias imminuit tantum auctoritatem posteriorum; subinde vim nullam habet — *finceritatem testis præsumimus*, donec de contrario constat, idque ex his principiis: 1) omnibus connatus est veritatis amor, vi cuius ordinaria verum dicunt, nec mentiuntur, nisi commodi studio, 2) omnibus etiam connata est propensio aliorum dictis credendi; suspecta igitur veracitas testis tunc solum est, si fuerit deprehensus a) mendax b) partium studiosus c) dissentiens sibi vel aliis: si plures testantur, non facile conspirabunt in idem mendacium; & si non poterant conspirare, convenire nequeunt in iisdem mendaciis circumstantiis. Ex hisce patet varios esse gradus probabilitatis historicæ

riæ, prout plura vel pauciora auctoritatis indicia adsunt — probabilitas hermeneutica aut analogica est, & supponit similitudinem ratione linguae, syntaxeos, usus verborum, opinionum & cognitionum inter scriptores ejusdem nationis, ætatis, scholæ &c.; aut philosophica. & rationes ex Grammatica, historia, chronologia, ex studio antiquitatum sumtas & psychologicas sequitur: *Ars hermeneutica* duas leges præcipuas tradit: 1) verba semper sumenda sunt juxta communem loquendi usum, nisi gravis oblet ratio 2) si usus communis sit deserendus, verba sumenda sunt in usu loquendi, qui proprius est auctori; sed quibus mediis investigandus est usus communis Linguae præsertim mortuæ? quibus sensus vocum auctori proprius? quid æquitas in interpretando exigit? illa igitur interpretatio certa est, quaæ usui loquendi, contextui, & scopo auctoris conformatur. — Ex his apparet, quot limites habeat certa cognitio in hominibus, & quam late pateat cognitio solum probabilis, hinc respui ista a nobis non debet.

Q. 5. *Ratio est sedes & criterium veritatis pro hominibus*, i. e. homines pro vero habere debent, quod aliter cogitare non possunt: est vero veritas aut sensualis aut rationalis; hinc veritatis sensualis illud principium est: quod omnes homines eadem ratione sentiunt, id hominibus hoc sensu præditis verum esse debet; & veritas rationalis, prout aut immediata aut mediatæ est, nimirum mediato aut immediato intuitu principiorum talium, de quibus dubitare non possunt; quod ergo omnes ceu verum cogitare debent, verum est. *Jam in specie de veritate cognitionis sensualis.* Existunt revera corpora extra nos, quorum existentia in ideis nostris sensualibus exhibetur: non major est difficultas circa conceptum substantiæ materialis, quam spiritualis, cuius tamen existentiam Berkeley admittit: probatio ex sensu communi pro existentia corporum non potest refelli ex principiis rationis, imo ostendi potest, quomodo ratio hominis ex ideis necessario colligat existentiam objectorum externorum & substantiarum a nobis distinctarum: non vero omnium sensationum objecta extra nos reponimus, sed partim in anima, partim in organis, partim extra nos; juxta hanc regulam: quamvis sensationem in eo objecto reponimus, in cuius simultanea sensatione ea ceu pars continetur. An vero corpora sunt *iis qualitatibus* etiam vere affecta, sub quibus nobis apparent? id negant & sceptici antiquiores & recentiores; damus illis ideas nostras de qualitatibus objectorum esse relativas ad hanc organorum structuram & dispositionem individualem, ad ipsam objecti distantiam, situm, medium &c.

nihilominus, si distinguatur apparentia objecti *constans & regularis* ab *individuali & insolita*, tunc lis erit de nomine, utrum veræ sint illæ objectorum qualitates, quas constans & regularis apparentia exhibet: ergo & *absolutas* corporum qualitates cognoscimus? & istud lis de nomine erit, si certa quædam qualitas relate ad mea & aliorum hominum organa constanter eadem appetat. Si in sensatione aliqua singulari objecta aliter apparent, ac in pluribus aliis, & nostris & aliorum sensationibus apparuere, merito dubitamus, an res talis sit, qualis appetat: non tamen statim apparentia insolita rejicienda est ceu falsa: uniformitas nostrarum sensationum est igitur criterium veritatis, quod me physice certum reddit de existentia & qualitate objecti: ex nostris ideis rite quoque colligimus, & aliorum hominum ideas sensuales nostris ordinarie similes esse. Distinctio inter qualitates *primarias & secundarias* fundamento non caret; interim tamen & secundariae recte tribuuntur objectis, quatenus eis adscribitur vis quædam & dispositio, has sensations in nobis efficiendi.

§. 6. *Veritas cognitionis rationalis.* Omnis cognitio superior ideis ac judiciis universalibus & ratiociniis absolvitur: si hæc ratiocinia nullam habent præmissam, quæ sit immediata experientia, dicitur cognitio a priori, cui opponitur cognitio a posteriori: quæ cognoscuntur a priori, cognoscuntur ex charactere veritatis interno, hinc a priori non cognoscuntur notæ objectorum variabiles, sed tantum constantes, non judicia singularia, sed universalia: vera erit cognitio a priori, si singula judicia gaudeant veritate reali, & conuentio sit legitima. Ideæ abstractæ, si ad earum veritatem nihil requiris, quam possibiliter, omnes veræ sunt: ast subinde & sàpius referuntur ad objecta externa ceu species vel genera; tunc ad earum veritatem requiritur, ut nec plures nec pauciores notas contineant, quam revera objecto generico vel specifico insunt. Ideæ factitiae per compositionem, quia arbitriae, veræ sunt, si eis competit notarum compotibilitas; adeoque semper veræ, si sint pure positivæ, si sint mixtæ, possunt esse deceptrices. Judicia universalia quando sunt vera? — *Sensus communis* opponitur rationi ex ideis & principiis universalibus ratiocinanti, estque vis judicandi de relationibus idealium ex immediata earum comparatione sine distincta idealium universalium evolutione; omnibus hominibus inest, secundum varios tamen in variis culturae gradus: judicia sensus communis subinde ex sensuali impressione aut contingenti idealium adsoctione oriuntur; hæc per rationem

sæpe

sæpe emendari debent: illa vero judicia, quæ in necessariis cogitandi legibus fundantur, nec rationi adversa sunt, omnia veritate gaudent. In collisione aliquujus principii rationis cum sensu communi vel testimonio sensuum, quam partem sequi necesse est? a) sensus communis juxta leges cogitandi vere necessarias judicans, & evidens principium rationis sibi adversari nunquam possunt: hinc b) si certum sit principium rationis, illo standum est, & experientia sensuum habenda pro mera apparentia, judiciumque sensus communis corrigendum, c) si experientia sensuum sit legitima vel judicium sensus communis ex necessariis cogitandi legibus ortum, & principium rationis incertum, hoc deserendum est — ex hac tenus dictis jam determinari potest illa quæstio; an veritas est quid mere relativum, an vero datur, & cognoscitur veritas *objectiva*? 1) universales veritates rationis & objectivæ sunt, 2) & judicia de objectorum per sensus cognitorum identitate aut diversitate objective vera: uti 3) & circa existentiam corporum eorumque qualitates sub certis conditionibus, 4) denique & juxta ipsos scepticos circa existentiam & affectiones sensationum internarum.

§. 7. II. *Ratio secundo sensu sumta.* Ratio ab eis, qui singularem tantum ejus actum considerant, nempe ratiocinium, definitur facultas ratiocinandi. Cum judicium ex judicio derivamus, concludimus; id vel sine ideæ nova subfido sit, & solum ob cognitam Logicæ regulam, vel ope ideæ tertiz, hæc erit consequentia mediata s. ratiocinium, illa immediata; varia sunt consequentiarum immediatarum genera, usu communi fundata: ratiocinium est series idearum connexarum, quæ connexio fieri debet per ideas medias; hæc ideæ mediae in ratiociniis præsertim obviis & sensualibus a phantasia juxta leges adsoctionis idearum suggeruntur, aut inveniuntur in abstractis præsertim veritatibus per analysin idearum subjecti & prædicati, quarum erga se relationem inquirto. Ratiocinium est vel *simplex* vel *compositum*; principium generale ratiocinii simplicis affirmativi est istud: quæ sunt eadem uni tertio, etiam sunt eadem inter se, *negativi*: quæ sunt distincta in eodem tertio, etiam distincta sunt inter se: hæc duo axiomata sunt tantum nova modificatio principii contradictionis & convenientiæ supra stabilitati: ex illis speciales sequuntur syllogismorum simplicium leges a) non nisi tres sint termini, b) terminus medius non ponatur in conclusione c) & semel saltet sit universalis in præmissis d) nullus terminus magis extendatur in conclusione ac in præmissis e) ambæ præmissæ non sint particulares, f) nec negativæ

g)

g) conclusio sequatur partem debiliorem. Ratio nunquam errat in ratiocinando, si has ratiocinii leges observat; bis si conforme sit ratiocinium, dicitur secundum formam legitimum, a quo materialis veritas probe discerni debet. Syllogismi compositi speciales habent regulas, ut hypotheticus, disjunctivus, copulativus, dilemma, inductio, sorites, quae speciatim sunt evolvenda. Figuræ & modi syllogismorum varias rationis in concludendo vias exhibent, quid sunt ista? item quæ fallacia in concludendo a sophistis inventæ?

§. 9. III. *Ratio tertio sensu.* Qui in statuenda notione rationis respiciunt solum primariam ejus in homine, quatenus a bruto differt, dispositionem, quam dicunt esse in nobis voluntariam attentionem sive reflexionem (Beacht samkeit, Besonnenheit); est nempe attentio vel sensualis sive involuntaria, vel spiritualis & voluntaria: attentionem sensualem carent objecta aut 1) se solis & propria sua sensibilitate a) forti impressione b) grata, ingrata c) nova; vel 2) adsoctione cum illis, quatenus aut relationem similitudinis ad illa, aut ad proprias animæ inclinationes & dispositiones habent: attentio spiritualis sive reflexio fundatur in homine a) ampla idearum adsoctione, per quam sit, ut semper plures menti præsentes sint ideae, in quas attentio converti possit b) facultate & tendentia ideas distinctas reddendi, nec vivacibus solum adhærendi c) sphæra activitatis ad certas indigentias non restricta: triplici hac dote discernitur homo a brutis: hoc pertinet, quid sit analogon rationis.

§. 9. IV. *Ratio quarto sensu.* Alii denique systema veritatum universalium nobis congenitarum cum Leibnitio rationem vocant: Sed quid de ideis, de principiis innatis habendum? illas Cartesiani, hæc Leibnitius defendit, diversa tamen ratione: cum omnium idearum origo per notas animæ facultates explicari possit, per experientiam sensus ex- & interni, vel per rationis reflexionem, nulla adest ratio, ideas innatas admittendi: iisdem argumentis & Platonis ac Malebranchii opinio de origine idearum refellitur. Judicia universalia a singularibus differunt tum objecto, tum cognitione veritatis; sunt vero judicia universalia duplices generis, vel per experientiam, vel per rationem formantur; veritas judiciorum universalium experientiae pender a constanti & uniformi experientia, quin requiratur inductio plane completa: *principia rationis* vero non experientia nituntur, sed evidenter intuitu


intuitu relationis, quam habet prædicatum ad subjectum; unde ad explicandam certam hominum persuasionem de veritate eorum principiorum necesse non est cum Leibnitio admittere, illa innata esse. Non datur circa principia rationis ulla in hominibus diversitas, si ideæ tantum sint illis eædem.

## SÆCTIO XIV.

### PHANTASIA & FACULTATES EX EA ORIUNDÆ.

§. 1. *Phantasiæ notio.* Omnes nostræ ideæ & mutationes animæ quæcunque a) ideæ sensuales omnium sensuum b) omnes proprio animæ studio compositæ vel abstractæ c) etiam pure intellectuales d) sensiones internæ e) atque omnes modificationes virium animæ per ideas causatae in nobis vestigia relinquit: unde & absente causa earum prima reproduci a mente possunt — omnes hæ relicta in nobis modificationes ut plurimum manent inconfusæ, renovantur vi interna majori vel minori, vivacius aut debilius, magis vel minus complete; una semel restaurata plures alias secum adsociatas excitat; quedam longius durant in nobis, aliæ evanuisse videntur, cum quibusdam adjungitur conscientia, eas olim a nobis fuisse habitas, non cum aliis; quedam ideæ per phantasiam transformantur, non aliæ: ex his appareat, a generica vi phantasiaz, quæ est vis, ideas olim habitas reproducendi, pro varia ratione, qua ideæ conservantur, reproducuntur & combinantur, recte distingui speciales ejus dotes, memoriam, reminiscientiam, vim imaginandi & fingendi. — Quo vividiores & clariores erant præteritæ mutationes, quo istæ sapienter repetitæ, aut per sensationem aut phantasiam, quo recentiores, quo magis sensus externi quiescunt, eo etiam vivacius & clarius per phantasiam reproducuntur; ideæ phantasticæ sunt ordinarie debiliores, quam primæ mutationes, quarum ipsæ sunt relicta vestigia: hinc criterium in statu ordinario sensations a phantasmati discernendi est major illarum vivacitas, licet & alia dentur: alia ratione sensualis idea, alia phantastica vivacitatem sortitur.

§. 2. *Ad sociatio, series, & progressus idearum.* Ideæ in phantasiam receptæ non solitariæ existunt, nec casu reproducuntur, sed sese conjungunt, ita quidem, ut una renovata & alias restauret: hæc est *ad sociatio idearum*, quæ & ipsa juxta certas leges fit, a) simultaneitatis sive coexisten-




tix b) successionis c) similitudinis: quisnam est sensus ejusvis legis, & quænam extensio?: plura vero sunt commoda hujus adsoctionis idearum; sic lege similitudinis fundatur idearum apperception, idearum universalium efformatio, ingenium ad bellas artes in primis requisitum, & acumen: lege coexistentie & successionis plura animæ phænomena explicatum habent, capacitas addiscendi linguam, vis præjudiciorum, diversitas impressionis ab eodem objetto in diversis facta, fortissimi & insoliti effectus, quos quadam ideæ in homine producunt, mira combinatio rerum ineptissimarum, vivienda imitatio, magna pars effectuum anti- & sympatheticorum in homine &c. — Possunt vero juxta has leges adsoziari omnis generis ideæ a) sensualibus cum sensualibus: præsertim cum ideis visualibus se omnes ideæ aliorum sensuum adsoziant, easque reproducunt, non vero per ideas visus & ipsæ reproducuntur. b) sensualibus cum phantasticis. c) cum sensionibus externis. d) & intellectualibus e) phantasticæ cum phantasticis, f) intellectualibus cum intellectualibus. — Si attendatur ratio, qua ideæ se invicem exsuscitant, cum vel simul, vel non nisi successive existunt. Ex simultanea apperceptione plurim objectorum vel olim simul sensibus perceptorum, aut cogitando conjunctorum, dicuntur in specie ideæ adsoziatae; cum vero in successivis pluribus ideis non nisi una alteram evocat, oriuntur series idearum;ordo, quo plures idearum series se subsequuntur, dicitur progressus idearum: series idearum sunt vel determinatae: paucissimæ nostræ idearum series determinatae; ideæ plurimæ quid prosunt, nisi sint in series ordinatae? quorum series idearum conformes sunt, isti facile se intelligunt: juxta formatas sibi semel ideas quilibet rerum ordinem sibi representant: series idearum inordinatae pariunt confusionem ingenii, & promiscuam garrulitatem, series paucæ & breves ingenium vulgare, rite ordinatae memoriam fidelem, reminiscentiam, & intellectus præcisionem, arête connexæ adhesionem ad certas theorias & hypotheses, ac facilem memoriam, saepius repetitæ habitus fundant. — Progressus idearum est vel naturalis, vel irregularis, vel rationalis: naturalis efficitur per notas adsoctionis leges, & locum habet in omnibus illis statibus, in quibus anima activa esse non vult, vel non potest. Cur inter series idearum una facilis, quam alia excitetur, variae sunt causæ: a) facilis suscitantur series idearum per sensationem, quam ideam phantasticam b) nobis familiares & consuetis cogitandi legibus conformes, & quidem a) juxta illam legem adsoctionis, juxta quam cogitare affuerit sumus; inde dispositio ingenii, acuminis, ingenii philosophici vel systematici. b)

juxta

iusvis legis, &  
 tioneis idearum,  
 in universaliū  
 & acumen: leg-  
 um habent, ea.  
 impressionis ab  
 quos queden-  
 tissimum, vi-  
 um in homine  
 dea a) sensua-  
 s idea aliorum  
 ifus & ipse re-  
 s externis, d)  
 uales cum in-  
 exsuletant,  
 ea appercep-  
 aut cogiton-  
 o in successi-  
 orum; or-  
 zidearum:  
 eidearum  
 ordinate?  
 a forwarda-  
 rum inor-  
 tem, series  
 elem, remi-  
 em ad certas  
 a habitus fun-  
 ris, vel ratio-  
 docum habet in  
 vel non potest,  
 rie sunt causa:  
 idem phanta-  
 formes, & quā-  
 re affectu sumps;  
 systemati, b)  
 juxta

juxta unam potius ejusdem legis modificationem nobis familiarem, quam  
 juxta aliam: mutato vivendi genere etiam series idearum consuetudine  
 contractae mutantur. c) *Juxta præsentem mentis dispositionem* & *affectus*:  
 affectus determinat & speciem idearum reproducendarum, & relationes ac  
 numerum reproductarum — Ideæ reproductæ cum prioribus per notas leges  
 adsoctionis saltem non aperte connexæ dicuntur habere progressum fortui-  
 tum & irregularē — Rationalis idearum progressus determinatur per vo-  
 luntarium animæ influxum: eo fortior & major anima erit, quo major illi  
 in ideas potestas est: hic activus animæ influxus exerit se a) generali quo-  
 dam attentionis arbitrio, b) rationali delectu & combinatione idearum:  
 attentio, quid circa ideas possit, supra dictum: delectus circa ideas & com-  
 binatio locum habet, si ideæ non sint inseparabiliter connexæ: sit autem de-  
 lectus idearum. a) *juxta habitualem* & *præsentem anima indolem* b) *jux-  
 ta mensuram acuminis ejus*: a) habituali indoli adscribitur, quod quæ-  
 dam ideæ præ aliis excitent attentionem, & illam cognoscendi vim, quæ jam  
 exercitio roborata est: præsens animæ status est vel activus vel passivus, in  
 illo juxta certos fines fit delectus; eo difficilior, si vel nimis multas, vel  
 nimis paucas ideas phantasia suscitat; in isto præferuntur ideæ habituali  
 dispositioni, & præsenti conscientiæ individualitatis faventes: in affectibus  
 minori studio fit delectus. b) *Acumen* relationes idearum ad se invicem  
 examinat, est vel judicium, vel gustus, eo majus, quo fortiores sunt idear-  
 um relationes, quæ diliguntur: sine isto acumine licet copiosa & viva phan-  
 tasia sit, nulla erunt opera ingenii: acumen dispositiones habet tum in phan-  
 tasia, tum in anima: acumen determinat fines, juxta quos ideæ reproduc-  
 cantur, phantasiam dirigit & regularem reddit — Progressus idearum vel  
*velox* est, vel *tardus*: causæ velocitatis sunt a) affectus b) cupido sciendi  
 exitum c) habitus in certa serie idearum reproducenda: *velox* idearum cur-  
 sus parit audaciam & variationem in consiliis capiendis, & præcipitantiam  
 in judicando, *tardus* indifferentiam, tarditatem resolutionis, deliberationis,  
 & novæ idearum combinationis: signis jam externis se prodit: pertæsi mox  
 erimus hominis, cuius idearum progressus longe aut velocior aut tardior est  
 nostro — Progressus idearum *longior* erit vel *brevior* a) pro copia idearum  
 & serierum, quas jam combinavimus b) pro influxu animæ in cursum idear-  
 um: cursus idearum *impeditur* vel *interrumpitur* a) per novam sensatio-  
 nem b) voluntariam attentionem ad unam c) dissipationem d) ordinem idear-  
 um vel jam fixum, vel e) nondum cognitum & perspectum.



§. 3. *Dotes & formatio phantasiæ.* Phantasia est vel *viva* vel *debilis*, ordinata vel *dissipata* vel *fixa*: hic applicanda sunt ea, quæ supra de attentionis dotibus attulimus: phantasia fixa varijs gradus & vivacitatis v. g. in ægritudine animi, melancholia, delirio &c. habet, & irritabilitatis; hæc pendet a qualitate idearum: irritabilitas ideae fixæ si magna, sëpe oritur stupor sensuum externorum, inefficacia reliquarum animæ virium, defectus conscientiæ nostri: phantasia fixa dissipatur restituta energia sensuum externorum & memoriarum. — Aliae phantasiæ dotes sunt, si sit *copiosa*, *claræ*: claritas idearum phantasticarum oritur ex facili communicatione, quæ est inter organa in- & externa: si *fortis* & *calida*, *indefessa*, *flexilis* & *originalis*. — Phantasiæ formatio & ideas reproducendi vis varie determinatur per influxum rerum externarum a) aeris b) atmosphæræ c) climatis qualitatem, in quo considerari debent natura & situatio regionis, in qua vivimus, indigentia climati propriæ, nutrimenta, calor, frigus cum solo sterili aut secundo.

§. 4. *Varii effectus per phantasiam produkti.* Somni a levissimo usque ad profundum, item vigiliæ, varijs gradus dantur; hinc difficile est criterium figere, quo somnus a vigilia discernatur: videtur esse ille status, in quo ob organorum vel obstructionem, vel debilitatem sensations aut nullæ recipi, aut animæ saltem clare non communicari possunt: quid habendum de mediis somnum accelerandi, & determinata hora abrumpendi? — Origo somniorum derivatur a) a præsenti fensione, aut per causas externas, aut sèpissime per causas corpori intrinsecas factæ. b) ab impressionibus vivis ex die residuis. — Progressus idearum in somniis sèpe naturalis, sèpe fortuitus & irregularis est: somnia erunt grata vel molestæ pro qualitate ideae excitatrieis, magis vel minus connexa, aut longa juxta habitualem phantasiæ dispositionem — In somniis, si motus organorum internorum facile communicatur externis, varias videmus a somniantibus actiones ponit: si jam majorem idearum vivacitatem, & faciliorem organorum communicationem mente concipiæ, phœnomena somnambulorum facile explicabis: illorum dexteritas agendi nützt majori attentione, omni virium intensione uni objecto applicata, & absentia timoris. — *Visionarium* (*Geistrscher*) phœnomena exponi possunt quadruplici ratione a) vehementi commotione phantasiæ, cui sensatio quadam adjuncta est b) defectu aliquo organorum externorum c) arbitraria præternaturali phantasiæ intensione: sic oracula olim reddita a sacrificulis saltem ex parte explicantur. d)

cor.

corrupto statu phantasie per falsas representationes. — Sed quid de praesagiis vel præsensionibus animi (Ahndungen) habendum? vim praesentiendi even- tum futurum Leibnitiani a vi animæ representandi universum derivant, nos ex viribus phantasie explicari posse censemus; ut vero id in casu determi- nato praestari possit, necesse est scire & veram præsensionis & determinatam indolem, qualis erat ante eventum, & ipsius præfragientis habitualem ac præ- sentem animi dispositionem: præsensiones vigilum oriuntur vel ex verisimi- litudine eventus cognita, vel viva representatione fantastica, vel desiderio eventus, qui, si jam, plerumque fortuito, respondet, præfigium præcessisse creditur: præfigia somniantium, quibus facile fidem habent somniantes, ex- plicantur ex causis physicis somniorum in corpore contentis & ex causis mo- ralibus prævisionis. — *Insania* (Narrheit, Wahnsinn) varios gradus ha- bet & status v. g. delirium, phrenesin, melancholiæ, fanatismus, fatui- tatem, maniam &c. ex variis actionibus, quibus insania se prodit; bane ejus notionem abstrahimus: est ille status, in quo sensationes a phantasmatis non discernuntur, & aperte contradictentes ideae pro veris habentur: ratio insanæ non residet in corruptis organis externis; nec in ipsa anima; sed in corrup- tione ac perturbatione phantasie. Quomodo autem phantasia insaniam causat? phantasia fixa & affectu quadam irritata abripit omnem attentionem, phan- tasmatisque conciliat superiorem sensationibus vivacitatem, sic usum reflexio- nis adeoque rationis impedit: hinc illa adhesio ad sensationes & ideas aperte contradictorias; vehementes affectus sunt species quedam transeuntis insanæ: per fortes sensationes externas optime curatur insanæ; analoge explicatur status eorum, qui vigilantes somniant.

§. §. *Memoria*. Memoria est facultas ideas & totas idearum series asseverandi, atque eadem ratione, qua fuere receptæ, restaurandi: memoria differt a reminiscencia, & a vi imaginandi: imaginatio tamen & memoria se invicem sustentant — Probe distingui debet *memoria signorum* & *memoria rerum*; illa citius locum habet in homine, sed altera longius durat: non est inter utramque is nexus, ut ex una & altera colligi possit: perfici tamen & exerceri utraque debet. — A qualitate receptionis, conservationis, repro- ductionis & numeri idearum reproductarum memoria dicitur bona sive velox, senax, prompta, fidelis & ampla: licet tam velocitas, quam tenacitas me- moriae pendeat a vivacitate ideae impressæ, tamen utraque dos sapissime in domine disjuncta est, sicut & promptitudo ac fidelitas, quibus opponitur tar- ditas

ditas & confusio. — Ab exercitio & habituali dispositione hominis atque idearum copia pendet forma memorie: memoria non toto vita tempore æqualis est; quid sit, cum res memoriae mandantur? exercitio acui potest. — Duratio idearum in memoria pendet 1) a receptivitate organorum in extenorū, & a receptivitate animæ: quid est receptivitas organi utriusque? anima cooperatur stabilienda impressioni per conscientiam ideæ & attentionem: ab attentionis conditione pendet & facilior receptio ideæ & duratio. 2) A modo, quo ideæ post factam impressionem in nobis sustentantur, sc. a) a repetita aut sensuali aut phantastica impressione, b) ab adsoctione eum ideis in phantasia semper vivis. 3) A qualitate ipsarum idearum: sic ideæ attentionem in primis excitantes, ideæ individuorum & proprietatum absolutarum præ ideis relationum & abstractis, signa idearum conjuncta cum cognitione intuitiva præ meritis signis, distinctæ præ obscurioribus, successivæ præ simultaneis, magis connexæ cum inclinationibus nostris, cum veritate & utilitate stabilius conservantur. Unde regulæ artis mnemonicæ sunt istæ a) ideæ imprimendæ rite appercipiantur: hinc velocior mane, quam die, ante, quam post mensam erit memoria. b) Ideæ impressæ sèpius repeatantur: sic fidelis, c) ideæ inter se & cum aliis magis connectantur: sic prompta fiet & tenax memoria: hinc memoria juvatur distinctione & divisione idearum.

§. 6. Reminiscencia. Cum ideæ reproductive adjuncta est conscientia, eam olim a nobis fuisse habitam, illam recognoscimus: reminiscencia duplex involuit judicium, de identitate ideæ reproductive cum olim habita, & diversitate status nostri praesentis a præterito; adeoque reminiscencia complectitur conscientiam objecti & nostri ipsorum: hæc supponit memoriam, non vim imaginandi; hinc nec omnes ideæ phantasticæ possunt fieri ideæ recordationis: deficiente memoria & reminiscencia locum non habet. — Recognitio ideæ erit vel distincta vel confusa, distincta enascitur ex productis ideis sociis statum nostrum concernentibus; per has statum meum praesentem a præterito discerno, & conscientiam personalitatis acquiro: recognitio erit eo distinctior, quo clariores erunt ideæ sociæ, quæ, si omnes reproducuntur, erit completa: confusa autem recognitio oritur aut ex facilitate apperceptionis talis ideæ, aut per suscitatas quasdam solum ideas socias, vel per nimis multas diversis temporibus habitas. Recognitio fallit per similes solum ideas socias, difficultis est, si vel non statim vel exiguae ideæ sociæ renoventur, locum plane non habet, si vel memoria deficit, vel conscientia nostri v. g. in somniis, in statu pro-

fundæ

fonda med  
luntaria f.  
telligentem no  
§. 7.  
imaginandi  
quod vis ir  
præsentatio  
organum ir  
ret: utraq  
& reminisc  
per memo  
imaginanc  
repræsent  
longam se  
exigua  
nomo,  
signis re  
vivaces  
affectuof  
per imag  
libus &  
transpone  
formam n  
vis fictric  
tione mat  
animum s  
finem sub

§. 8.  
hic confo  
cerebro? a  
tantum &  
sunt quadra  
quintar in  
principiendi

fundæ meditationis aut dissipationis — Recognitio est vel naturalis vel voluntaria s. studio quaesita: quomodo fit ista, cum immediatam in ideas potestatem non habeamus?

§. 7. *Vis imaginandi & fingendi.* Arbitrarium quidem est, vim imaginandi a vi fingendi, omnino affinem, distinguere; dici tamen potest, quod vis imaginandi celeri, distincta, & vivaci idearum phantasticarum representatione, vis fingendi vero efformatione novarum idearum, utique per organum imaginationis, sese ostendat; idquod ab usu loquendi non abhorret: utraque vis ideas juxta legem similitudinis adsoiciatas suscitat; memoria & reminiscientia legem coexistentiæ & successionis sequitur: ideae incompletæ per memoriam reproductæ per vim fingendi novos colores fortiuntur. — Vis imaginandi exerit se potissimum *intuitiva vivacitate* a) *idearum sensualium*, repræsentando objecta magna & composita cum suis partibus & relationibus, longam seriem factorum, res verbis descriptas intuitive exhibendo, res nimis exiguae distincte sistendo; talis imaginatio in geographo, belliduce, astronomo, historico, anatomico requiritur. b) *Idearum universalium*; dum signis res ipsæ substituuntur c) *sensionum*; dum ideis quibusvis adsoiciat ideas vivaces animum commoventes; tales ideae vel æstheticam, vel moralem vel affectuosam vim habent; sic & *enthusiasmus* & *fanatismus*, triplex uterque, per imaginationem oritur. — Vis fingendi novas efformat ideas ex sensuibus & abstractis, partes addendo, subtrahendo, augendo, diminuendo, transponendo & commiscendo: insigne exemplum dant ideae abstractæ, quæ formam non habent, qualis est in singulis ideis, unde ipsæ coaluere. — Dotes vis fictricis sunt *fœcunditas*, *subtilitas* & *præcisio*: si opera poetæ sint varia-  
tione materialium locupletata, si novitate, aliisque attentionis incitamentis  
animum suspendant, si sit debitus & partium delectus, & erga communem  
finem subordinatio, omne punctum tulerunt.

§. 8. *Hypotheses de sede phantasie.* Quæstio systemati influxus physici conformis est ista: an ideae phantasticæ conservantur & adsoiciantur in cerebro? an in anima? quatuor hic dari possunt hypotheses 1) affervantur tantum & reproducuntur ab anima, licet cum ideis hisce conjunctæ semper sint quædam cerebri motiones. Hæc est sententia vulgaris. 2) Ideaæ relinquentur in cerebro s. organis internis, & anima tantum vim habet ideas ad percipiendi: hæc hypothesis a recentioribus præsertim a Bonneto exculta est:

hæ ideæ materiales in cerebro consistentes, conformiter hypothesis de natura nervorum, sunt certa cerebri dispositio ad similes motus producendos, vel per vestigia a fluido nerveo impressa vel per oscillationes fibrarum: ad sociatio-  
idearum materialium sit per similes simultaneas aut successivas motiones spi-  
rituum animalium, vel per harmonicas vicinasve fibrarum oscillationes. 3)  
Ideæ tam in cerebro, quam in anima relinquuntur, & per utramque sub-  
stantiam reproduci possunt, ita tamen, ut semper in alterutra mutationes  
harmonicae evenire debeant. 4) Aliquæ in cerebro, aliquæ solum in anima,  
& aliquæ demum in utroque conservantur. — Prima hypothesis difficulta-  
tem habet in explicandis phœnomenis, quæ dependentiam memorie & phan-  
tasie a cerebro & corpore probare videntur: altera hypothesis pluribus pre-  
mitur objectionibus, quod discrimen inter volunt- & involuntarias idearum  
reproductiones apte explicari nequeat, quod saltem actiones animæ immanen-  
tes in anima relinquuntur debeant, quod eadem difficultas sit in concipiendis ideis  
in cerebro, quam in anima &c.: hinc probabilior videtur tertia, quæ mu-  
tuum cerebri in animam, & hujus in cerebrum influxum ac necessariam  
conactivitatem, ut repræsentatio existat, statuit, & sic omnes difficultates,  
quæ erant in prioribus hypothesis, solvit.

## SECTO V.

### INGENII HUMANI VARIA QUANTITAS ET CULTURA.

§. I. *Ingenii humani variae dotes.* Quantitas virium animæ gene-  
ratim estimatur magnitudine, earum fortitudine & velocitate; ingenii latius  
accepti (Genie) varii varias dant definitiones; nobis ingenium est insignis  
in aliquo cognoscendi genere dispositio virium animæ aut habilitas: est vel  
universale vel determinatum: ad ingenium determinatum refertur a)  
*spiritus observationis;* notandæ sunt ejus dotes, variae cause, quibus excita-  
tur augeturque, & impedimenta, b) *ingenium stricilius dictum* (Wiz) est  
vel sensuale vel intellectuale; perfectiones ejus quomodo estimandæ sunt?  
supponit in homine celeritatem in observando & vivâphantasiâ: *spiritus*  
*abstractionis* f. *ingenium abstractum;* hoc in specie est vel ingenium profun-  
dum vel acutum, vel systematicum: dispositio hujus talenti est ordinata &  
temperata phantasiam; quomodo ampliatur & impeditur? *spiritus explorationis:*  
duo sunt illius genera, *ingenium nempe philosophicum & sagacitas;* quo-  
modo

modo ambo se exerunt? ambo supponunt spiritum observationis, ingenium, profundum & acutum; *ingenium inventrix*, quod quidam solum ingenium appellant: inveniuntur autem vel 1) novæ series idearum, tunc est vel *ingenium scientificum* vel *poeticum* 2) vel actionum, hoc *practicum* audit, 3) vel novæ combinationes rerum corporearum; huc refertur ingenium, quod est vel *musicum* & *artium fictricium*, vel *mechanicum*: inventi cujusdam magnitudo quomodo estimanda? quodnam dicitur *ingenium originarium?* *universale* in gradu excellenti dari non videtur, cum ipsa hæc talenta in certis casibus se invicem impediant.

§. 2. *Diversa ingeniorum evolutio & cultura.* Causæ, quibus ingeniorum vires excitantur & perficiuntur, sunt & *physicae* & *moraes*: inter causas physicas & quidem internas recensetur 1) *organisatio interna*: organorum internorum indoles & functio, differentia ab organis externis, & ab his independens activitas: cum organorum internorum constitutione intime connexa est phantasias, & connexæ cum illa alia cognoscendi vires, — 2) *Temperamentum corporis*: quatuor simplicia distingui solent temperamenta; physica cuiuslibet indoles & vis determinata ad producendas certas in anima virium & cognoscendi & appetendi dispositiones hic explicari debet; sic *cholericum* vigori phantasie, spiritui explorationis, ingenioque scientifico ac pratico: *melancholicum* fidelitati memorie ingenioque abstracto, *sanguineum* ingenio strictius dicto & poetico, *phlegmaticum* tardis observationibus favet. — 3) *Diversa ætas hominis* ob diversam organisationis & temperamenti evolutionem ac mutationem producit diversas in pueritia, juventute, ætate virili ac senectute dispositiones. — 4) Et *climati* seu causæ externæ sua in hominum ingenia vis negari non debet: tribus potissimum modis cœli temperies in ingeniorum formationem influit a) varie adficiendo ipsum corpus b) excitando varia earum rerum, quibus indigemus, desideria c) diversa rerum genera sensibus offerendo, quibus inventiones excitantur & facilitantur. — Causæ morales ingeniorum culturam juvantes & impedientes repetuntur ex relationibus socialibus quibuscumque, in quibus homo existit; inter has 1) numerantur seu causa internæ a) variae indigeniae, quæ excitant conatum iis satisfaciendi, & ingenia: egestate summa cum superprimantur talenta, & abundantia languescant, mediocris status optimum habet effectum: b) *inclinationes & affectus* ex societate resultantes; sic ingenia summa stimulat amor glorie. — 2) Causæ morales externæ

= = = = =

omnes comprehendi possunt sub nomine educationis; hæc primam dat ingenio directionem ad certa objecta, mores format, & ipsa ratione instructionis ac ordine mentem adjuvat: triplicem distinguimus educationem: 1) eam, quam a parentibus accipimus, quæ prima est, & maximi momenti, 2) eam quam a præceptoribus; hæc vel publica vel privata; utraque suum habet commodum & incommodum, 3) eam, quæ a mundo datur, quæ prioribus sëpissime parallelæ est; ad hanc refertur a) linguae indoles, quæ semper erat cognitionum a populo acquisitarum custos, mentura, & communicatrix, b) reipublicæ constitutio; quisnam est regiminis monarchici, despotici, republicani, quis bellorum in ingenia influxus? c) mores decori; obvium est discrimen inter educationem, quam dant nationes barbaræ & agrestes, a gentibus cultis; d) ratio cogitandi & alia nationis præjudicia, e) cultura populi passim acquisita, f) ætas hominis, qua quisque vivit, infuit in talenta a) Scientiis ea ætate jam florentibus, b) principiis passim vigentibus de pretio alicujus scientiæ, g) aliis eventis contingentibus, v. g. typographiæ inventione, erectione academiarum &c. g) Conditio hominis, in qua quis nascitur servilis plura ponit impedimenta evolutioni ingeniiorum, libera vero & ingenua dat adjumenta.

## SECTIO VI.

### LIMITATIO FACULTATIS COGNOSCENDI HUMANÆ— CAUSÆ ERRORUM ET REMEDIA.

**S. I. Causæ errorum.** Error est vel *positivus* vel *negativus*; hinc summa errorum genera sunt falsa representatio aut ideæ incompletae subjecti & prædicati. Causæ errorum generales sunt ignorantia & præcipitantia: causæ ignorantiae sunt nativitas ruditis, crassior organorum externorum structura, unde ideæ confusæ & incompletae sensuales & in cognitione superiore confusionem parere debent, brevis mentis capacitas, socordia, imbecillitas memorie aut nimia prestantia, confusio studiorum, defectus subsidiorum externorum, libertas philosophandi restricta. Causa præcipitantiae est defectus seruæ voluntatis momenta rationum expendendi, qui iterum oritur ex inertia, indifferentia erga verum, nimia phantasie vivacitate, superbia, studio partium. Causæ errorum speciales sunt a) passiones animi dominantes, præjudicia multiplicis generis b) imperfectio & abusus linguae. In specie

de-

defectus linguae verbalis sunt 1) *pauperies linguae*, quæ quibusdam ideis vel nulla signa dat, vel hæc jam in latiori, jam strictiori significatu sumere cogit 2) *verborum indeterminatio & equivocatio*, quæ oritur, vel quia verba ideas universales significant non eodem apud omnes modo cogitatas, vel ideas compositas modorum aut substantiarum sæpiissime arbitrarias, vel cum ipsis objectis mutabiles, vel non ipsam rei naturam, sed tantum ideas loquentis aut scribentis sæpe præposteras: *abusus quoque vocum multiplex* a) soni inanes aut imperceptibles b) voluntaria affectatio & usus communis neglectus, nimia adhæsio ad verba, neglecta cognitione intuitiva. His errorum fontibus opponitur *ceu remedium generale* examen diligens & sedula attentio: specialia affectibus, corpori, temperamentis, phantasie medentur: præjudicia optime sanantur per dubitationem sapientem; quisnam est hujus finis? quænam differentia a dubitatione sceptica? qui limites? quæ cautelæ in ejus usu adhibendæ! speciales quoque canones ponimus, quibus & defectus linguae emendentur, & abusus præcaveatur.

§. 2. *Adminicula veritatis inveniendæ* sunt a) propria meditatio, b) lectio librorum c) sermocinatio cum aliis d) defensio veritatis suscepta contra alios e) methodus: omnis nostra meditatio versatur circa ideas abstractas & facticias, adeoque vera erit, si ideae sint distinctæ, determinatae, reales; ad meditationem igitur recte instituendam notanda sunt leges, juxta quas a) inveniantur de quoquaque objecto legitimæ definitiones, b) aptæ divisiones c) idealium nostrarum quarumcunque realitas investigetur d) questiones optime resolvantur e) inventio facilitetur. — Cognitio nostra plurimum perficitur lectione librorum; multum igitur refert scire, quales & quomodo libri sint legendi? generales adsignamus regulas, & speciales circa lectionem librorum historicorum & dogmaticorum: ne decipiamur, variæ scriptorum effensum captantium artes sunt advertendæ. — Colloquendo cum aliis veritas sæpe invenitur, aut clarius intelligitur, quomodo autem, ut iste finis obtineatur, sermocinatio institui debet? quomodo defensio veritatis suscipienda? subjiciendæ hic sunt leges concertationis literariæ. — Methodus est ordo quo in proponendis scripto vel voce veritatibus utimur; cuiuslibet methodi dotes sunt claritas, ordo, soliditas; methodus scientifica duplex est, *synthetica & analytica*, utraque sua habet commoda: notandum adhuc, quid sit methodus mathematica, socratica, aphoristica, erotematica.



# METAPHYSICA.

## ONTOLOGIA.

§. I. *Determinationes entium internæ.* a) *Determinationum summa divisio:* ratio entis est id, unde ens cognoscibile est: ratio est vel *idealis* vel *realis*; *idealis* aut est tantum ratio alicujus cognitionis, vel etiam ratio motiva: ratio cognitionis vel est ratio possibilis vel ratio existentiae; ratio *realis* vel est ratio entis necessarii vel contingentis, hæc in specie causa dicitur: porro ratio vel est sufficiens vel insufficiens, seu partialis. *Determinationes entis* sunt vel realitates vel defectus; realitas aut *absoluta* s. pura est, aut *limitata* s. mixta; realitas sola per se & proprie cognoscibilis est, non vero negatio. b) *Possibilitas entium:* nihilum s. negatio nullam habet rationem sufficientem; nec potest negatio esse ratio sufficiens alicujus realitatis; hinc ratio negationis tantum negativa, realitatis positiva est: omne vero ens rationem sufficientem habet, id est plane cognosci posse debet, si mere possibile sit, possibilis & consensio notarum, si exstat, etiam existentia; hæc vocant *principium rationis sufficientis*, quod multi perperam sumunt: ens & determinationes ejus simul sumtæ idem sunt, hinc patet, posita ratione sufficiente poni rationatum, sublata tolli: denique ratio existentiae est vel proxima vel remota, inde series rationum subordinatarum & ratio ultima: omne ens debet habere rationem ultimam, quæ sit ratio sufficiens sui ipsius — realitas conjuncta cum sui ipsis negatione contradic̄tio est, quæ cogitari nequit, hinc abstrahimus principium: idem non potest simul esse & non esse, quod vocant *principium contradictionis*: quod continet contradictionem, impossibile, quod ea caret, possibile est: realitas tam *absoluta* quam *limitata* possibilis est, & nulla realitas qua talis alteri contradicere potest, sed tantum qua *limitata*, & quod realitati qua tali contradicit, realitas non est. impossibilitas est vel *absoluta* vel *hypothetica*, hæcque vel *physica* vel *moralis*; recte quoque distinguunt *internam ab externa*: utrumque ex principiis ante nominatis necessaria cogitandi lege nititur; interim disputant, quodnam sit altero prius: res inde pendet, quem sensum principio rationis sufficientis tribuere velis; veritates non solum contingentes sed & necessariae habent suam rationem sufficientem, hinc ideæ positivæ & demonstrationes directæ principio rationis sufficientis, indirectæ principio contradictionis reguntur c) *existentia*

*sia: non omne ens, quod possibile est, etiam hoc ipso existit; ratio existentiae ad id requiritur, quæ, si sit in ipsa rei possibilitate, tale ens necessario existit, estque ens a se: posita ratione existentiae determinationes, quæ ante erant mere possibles, existunt, hinc ens possibile & existens idem sunt. d) generales entium proprietates: omne ens est omnimode determinatum, nempe cuiuslibet contradictionis alterutram partem continere debet: sunt vero determinationes vel necessariae vel contingentes, illæ simul summae essentiam physicam, primæ ex eis, quæ sunt ratio reliquarum, metaphysicam constituunt: essentias absolutas rerum existentium vix cognoscimus; hinc, quod nos essentiam vocamus, mere nominalis est & relativa. Omne ens habet essentiam suam, quæ necessaria, per quam res possibilis est, & que in ipsa possibilitate consistit: essentiae a priori nequeunt demonstrari, bene vero attributa: modi nec per essentiam, nec per attributa determinantur, bene vero possibilitas modorum: modi contradictentes simul enti inesse nequeunt, sed divisi, habent rationem saltem partialiem & remotam in ente externo. — Porro de omni ente dicunt, quod sit unum, metaphysice verum, bonum & perfectum, utique essentiali perfectione, non tamen semper accidentaliter: perfectio est vel pura vel limitata, absoluta vel relativa: summæ relativæ perfectioni non obstante limites quidam: ex regula perfectionis intelligitur, quid sit vera, quid apparet tantum perfectio & imperfectio: si perfectio obtinenda sit per determinationem negativam, hoc ipso illa erit limitata, & quidem quatenus negationem pro medio requirit: in collisione regularum semper servari debet ea perfectio, quam finis primarius determinat: apparet tantum perfectio est vera imperfectio entis in suo genere.*

**§. II. Determinationes entium relativæ. Notio & divisio relationum.** Relationes sunt illæ entium determinationes, quæ cognosci in ente nequeunt, nisi simul de altero ente cogitetur; hæ entibus ad se relatis nihil novæ realitatis supperaddunt, unde dicuntur determinationes externæ; mutato fundamento relationis mutatur relatio, nec potest relatio mutari respectu unius relativorum, quin simul mutetur respectu alterius. An dantur relationes reales sive objectivæ? an vero omnes relationes sunt quid subjectivi respectu entis cogitantis? utique ex comparatione rerum resultans idea est quid mere subjectivi, sed fundamentum relationis est vel in rebus ipsis, & reale, seu interna entium realitas, vel etiam solum externa, & ideale tantum: unde, prout fundamentum relationis est vel interna rerum realitas,

vel actio , vel tantum certus istas repräsentandi modus , triplex est genus relationum , a) comparationis b) combinationis c) dependentiae.

a) *Relationes comparationis.* Subjectum aliquod vel 1) refertur ad seipsum , prout diverso tempore ac loco existit , vel 2) ad varias suas determinationes vel 3) ad alia subjecta . 1) Subjectum ad se relatum est numerice idem : sed identitas numerica rerum mutabilium , & in specie identitas personalis in quo consistit ? 2. Subjectum quoque realiter idem est cum determinationibus suis : hæc identitas consistit in compossibilitate determinationum : incompossibilis nota tantum in distinctis entibus & separatim possibiles sunt ; hinc contradic̄lio proprius distinctionis realis character est : determinationes in eodem subjecto existentes possunt esse realiter diverse , quin realiter distinguantur , suntque revera tantum incompletæ ejusdem rei ideæ ; hinc distinctio rationis est rei propter extrinseca , & praedicata contradictionia in ente non parit : ab ea tamen differt distinctio modalis . 3) Subjectum si ad alia refertur , oritur distinctio realis , sed identitas specifica , generica , ideæ relativæ similis , dissimilis , æqualis , inæqualis . Signa distinctionis realis sunt a) notarum vera oppositio , b) Separabilitas mutua in existendo quoad locum & tempus c) relatio producentis & producti . Principium indiscernibilium hoc sensu sumimus , quod nequeant dari entia solo numero differentia , non vero isto : quod nequeant dari perfecte similia ; omnia enim individua debent differre nota individuali , quæ est nota censans .

b) *Ad relationes combinationis pertinet præsertim idea spatii & temporis & motus respectivi . Spatium non est aliquod ens singulare a rebus ipsis simultaneis distinctum (spatii hæc esset idea imaginaria) sed est series simultaneorum extra se positionum ; hinc ens , quod nullam habet ad alia coexistentia relationem , non existit in spatio reali : recte tamen concipitur spatium possibile . Ens compositum spatium implet se solo , non simplex , licet & hoc in spatio existat . Locus realis est determinatus modus , quo ens in serie simultaneorum existit , est & ipse essentialiter relativus , & pars spatii : si locum *absolutum* cogitas , concipis partem spatii imaginarii , quæ vulgaris est idea loci , quam & supponunt principia mechanics . Compenetratio & replicatio entium sunt diversi aliis coexistendi modi ; hos esse possibiles , ratio non potest demonstrare , nec tamen etiam contradictionem in eis ostendere — Motus localis & quies sunt contradictionia , utriusque ratio sufficiens ne-*

quit

quit esse negativa, hinc ratio motus potius positiva est: si unum ex simultaneis mutat locum respectu reliquorum, reliqua omnia vicissim mutant locum respectu ejusdem; illud unum absolute, reliqua respectivè mutantur: locus absolutus entis potest mutari, quin mutetur relativus, & vicissim: absoluta quies contradicit motui absoluto, non respectivo, sicut absoluta quies non excludit motum absolutum — *tempus*, uti *spatium* est mera relatio, nempe series continua rerum successivarum: tempus actuale & possibile concipere licet: tempus præsens proprie non datur: ens aliquod immutabile non existit in tempore, licet tempori coexistat. Duratio & tempus magnopere differunt; quod durat, potest tamen esse pars temporis; recte mensuratur tempus per successivas durationes singulas, sed quæ tamen debent esse æquales, hinc quivis motus æquabilis ad id serviet; inepta vero mensura temporis esset successio mutationum animæ; homo ipse aliter præsentes, aliter præteritas mutationes metitur: motus astrorum recte pro mensura temporis sumitus est — Idea celeritatis adquiritur ex ratione spatii ad tempus: in quovis motu numerus locorum, quæ mobile percurrit, nequit esse major numero momentorum, quibus movetur; unde motus velocissimus est, in quo datur ratio æqualitatis inter tempus & spatium; hinc motus non celerrimus interjecta quiete identidem interrupitur: dari tamen possunt duo motus continuo diversæ celeritatis.

c) *Relationes dependentiaæ.* Nexus entium est vel idealis solum, vel realis, nexus a priori, posteriori, concomitanti, necessarius vel contingens sive dependentia, mutuus vel non mutuus; hic in primis notandus est *nexus causalis*: principium omne prius est principiato, non tempore, ergo ordine vel naturæ vel rationis: nec principiatum nec causatum existere potest, nisi existat omne id, quod est & ratio possibilitatis & existentia istios. Causa est vel efficiens, vel materialis, illa est vel primaria vel secundaria, principalis vel instrumentalis, libera vel necessaria, proxima vel remota, hinc subordinata & ultima; ad causam materialem pertinent causæ logicæ sive intentionales, nempe moralis, occasionalis, exemplaris & finalis; causa efficiens ab his in agendo pendens intellectu prædicta esse debet: a causa finali differt causa impulsiva — omne ens contingens causam efficientem habere debet, non vero necessarium: nihil est causa sui ipsius, nec duo entia se mutuo efficere possunt: causa vere eadem etiam eundem semper effectum habet, & idem effectus eandem causam: ex diversitate effectuum infertur vel diversa causa,

vel

vel diversa ejusdem causæ dispositio: non potest esse effectus nobilior sua causa, ex effectu ergo cognosci possunt perfectiones causæ: causa necessaria per actum primum proximum compleetur, non vero libera, sed hæc per ipsam actionem — Causa vero efficiens vi agendi prædicta esse debet. Quid vero est ipsa vis? unde idea ista hauritur? estne perpetuus agendi conatus? est vel completa vel incompleta: posita vi completa ponitur actio; hæc vel est transiens vel immanens: actio transiens possibilis est, nec necesse est actionem transeuntem concipere, quasi realitas ex substantia agente in patientem effluat. Actionis transeuntis terminus rationem possibilitatis in passo, sed terminus immanentis rationem & possibilitatis & existentia in agente ipso habet: actioni immanentí nulla respondet passio. Ut vis transiens habeat effectum, præter vim agentis requiritur etiam in paciente receptivitas a) essentialis, b) accidentalis c) & debita applicatio intra sphæram activitatis: hæc applicatio autem adesse potest sine contactu, nam & in distans substantia agere possunt. — Si ab eadem substantia diversi generis effectus procedere observamus, non statim plures diversæ vires supponi debent; hinc *primitivas* & *derivativas* vires distinguimus; primitivam vix agnoscimus: an plures in una substantia vires primitivæ dari possunt? quid est vis viva & mortua? — quoque autem se extendunt vires substantiarum finitarum? substantiam nec producere nec existentem destruere possunt, sed tantum modos generare & destruere, adeoque vi tantum incompleta prædictæ sunt: substantia non nisi creatione oriuntur, & si pereant, annihilari debent: corruptione entis non nisi modi afferri possunt, & quidquid generatione existit, tantum modus est.

§. III. Diversæ entium species. I. *Substantia* — *Accidens*: idea illa, qua substantia concipitur esse subjectum vel substratum aliquod attributorum entis, est mere imaginaria; realis conceptus substantia est, quod sit summa omnium attributorum entis, quin subjectum ab attributis distinguere liceat. Definitio a Spinoza data, si ad mundum realem adhibetur, pantheismum continet. Accidentia extra subjectum, cujus sunt determinationes, existere nequeunt; est ergo substantia ens absolutum respectu accidentium, quin omni respectu absolutum sit. Quid sit substantia completa, incompleta, suppositum, subsistentia, inhærentia, persona, hic notandum est — Substantias, quarum ideas habemus, recte dispescimus in materiales & spiritus. Vim dicunt esse characterem substantiarum: vim inesse judicamus enti, a quo certos effectus provenire constanter percipimus: certe vis agendi non

re-

repugnat sub  
experiencia in  
cent phœnon  
substantia vi

IL En  
ficientem exi  
haber; hinc  
non vicissim  
gentium nor  
quocunque  
tiz entis co  
rum in pro

III. I  
cibus consta  
composition  
compositi i  
tudine par  
et; hinc  
quit, que  
compositio  
substantia  
interire,

ex compo  
latur: ens  
tem in ali  
determinati  
nationibus,  
aboluta in  
paribus com  
telligi potest  
tivis composi


IV. Exten  
dimmodo spa

repugnat substantiis finitis; & actu inesse spiritibus vim agendi immanenter experientia intima de anima propria docet, & de substantiis materialibus docent phœnomena corporum, ea pollere vi motrice transente; omnes ergo substantiæ viribus gaudent, sive potius ipsæ sunt vires.

**II. Ens necessarium — contingens.** Ens necessarium rationem sufficientem existentiæ vel in sua vel in alterius entis determinatione necessaria habet; hinc est vel ens a se, vel ens ab alio: ens contingens est ens ab alio, non vicissim: ens a se est aeternum — quantacunque series entium contingentium non continet in se rationem sufficientem ultimam existentiæ: posito quocunque ente contingente ponitur quoque ens a se: ratio sufficiens existentiæ entis contingentis nequit ipsa esse necessaria; hinc ens a se debet esse liberum in producendo ente contingente.

**III. Ens compositum — simplex.** Ens compositum ex entibus simplibus constat: essentia entis compositi tum in natura partium, tum in modo compositionis sita est; adeoque utrumque distincte cognosci debet, ut essentia compositi intelligatur; hinc etiam genera & species compositorum ex similitudine partium & modi compositionis determinantur. Compositio separabilis est; hinc nihil in composito inest substantiæ praeter simplicia; dici tamen nequit, quod essentia compositi meritis accidentibus constet. Una substantia compositione non oritur. Plures tamen substantiæ, connexæ dici possunt substantia composita — Compositum & oriri potest, quin fiat ex nihilo, & interire, quin abeat in nihilum; ens vero simplex nec ex alio simplici, nec ex composito, sed ex nihilo oritur, & in instanti, dumque interit, annihilatur: ens compositum converti potest in aliud ens compositum, simplex autem in aliud converti nequit — determinationes entis compositi sunt etiam determinationes entium simplicium excepta compositione ipsa, & iis determinationibus, quæ a compositione pendent: hinc nulla determinatio interna s. absoluta in composito esse potest, aut ex composito resultare, quæ non insit partibus componentibus: ergo ex proprietatibus absolutis compositi rite intelligi potest & debet natura simplicium; e contra ex proprietatibus comparativis compositi nulla valet consequentia ad proprietates simplicium.

**IV. Extensum — inextensum.** Extensum dici potest quodlibet ens, dummodo spatium aliquod occupet: enti composito, non simplici figura compedit



petit — Continuum non contigitate partium, sed identitate unionis earum efficitur, logicum enim vel physicum est. Omne continuum compositum ex entibus simplicibus constat; hæc vero simplicia se vere contingere non possunt, hinc nequit ex iis fieri continuum mathematicum, sed omne continuum physicum est tantum apparenſ, & innumeris distantiis interruptum: hinc contactus quoque corporum non verus, sed apparenſ tantum est.

V. *Ens infinitum — finitum.* Infinitum jam a) sumitur pro magnitudine successiva aut simultanea indefinita: sic mathematici sumunt pro quantitate comparative infinita; jam b) pro toto revera ex partibus numero infinitis constante: sed hæc est idea deceptrix, numerus enim infinitus repugnat: hinc repugnat collectio, extensum, compositum, adeoque spatium & tempus reale infinitum, item progressus in infinitum; jam c) pro substantia perfectissima; in hac nulla realis distinctio locum habet, continet omnes perfectiones entium finitorum, puras nempe formaliter, mixtas vero eminenter; & quidem omnes perfectiones internæ necessario insunt, & immutabiles, & quidem non tantum in vi & dispositione, sed etiam actu: concipi tamen possunt determinationes relativæ entis infiniti, quæ ipsi semper non conveniebant; & licet modi proprie tales in eo locum non habeant, tamen analoga modorum inesse possunt; unde libertas agendi ad extra non repugnat infinitudini — Ens infinitum est possibile, & hoc ipso existit, est ergo ens a se, necessarium, æternum: hæc ratio existentiæ continetur in ipsa infinitudine, adeoque ab aliis realitatibus ne formaliter quidem distincta est: hinc infiniti essentia actione non producitur, nec illud pati potest. — Ens infinitum simplex est; hinc ei tribui nequeunt attributa compoſiti qua talis; non est extensum, non divisibile, caret figura, existentia sua nec spatium conficit nec tempus, loco non circumscribitur, nec localiter movetur — gaudet vero intellectu & voluntate infinite perfecta, quæ concipi non debent ut merae facultates — Ens infinitum nonnisi unicum possibile est; plura vero entia finita in- & extrinſece possibilia sunt: nullum ens finitum potest esse ratio existentiæ sui ipsius ultima: hinc finitum omne est ens ab alio: hinc ens a se infinitum est, & solum infinitum est ens a se, & ratio ultima finitorum — repugnat infinitum creatum, & actio transiens infiniti non potest habere terminum nisi finitum. — Omnes substantiæ finitæ, uti immediate ab infinito produci, sic & unice ab eo conservari debent.

## PSYCHOLOGIA.

§. I. *Theoria voluptatis & tedium*. Voluptas omnis & tedium oritur ex certa relatione repräsentationum ad statum nostrum sive corporalem sive spiritualem. — Quānam vero est ratio ejus ob- quæ subjectiva? Differunt hic Philosophi: illud certum videtur, quod omnis conscientia propriæ perf- aut imperfectionis voluptatem pariat aut tedium, & quod proximum objectum grata vel molestæ sensationis non sit præcise repräsentatio extraneæ perf- aut imperfectionis, sed semper status proprius, ejusque conscientia cunctata per repräsentationem ejusmodi: illusio est, dum objectum nobis extraneum dicitur molestum aut gratum: si conjungitur conscientiae status proprii repräsentatio objecti externi, voluptas aut tedium non crescat pro ratione claritatis, qua objectum externum repräsentatur, sed pro ratione vivacitatis conscientia nostri; id probant delectationes sensuum externorum. — Voluptas est immediata, quæ immediate sentitur; sic status animæ immediatam voluptatem aut tedium creant, mediatam vero res illæ, quæ immediate gratum animæ statum excitant: sunt autem immediate grati animæ status a) sensus vis & activitatis propriæ, inimpeditus idearum progressus, b) omne augmentum idearum, earum novitas, varietas, vivacitas, distinctio, cognita earum connexio c) ordo & regularitas in cursu idearum, ideae grandes ac nobiles, conscientia præcellentia propriæ &c.; unde patet, qui sint immediate molesti animæ status: mediate grati vel molesti erunt status corporis, quatenus vim animæ varia ratione afficiunt. — Confundi non debet cum immediata voluptate voluptas *primitiva*, quæ oritur ex objecti repräsentatione sola sine adjunctis ideis sociis; si enascatur per adsoctionem aliarum idearum gratiarum, vel translationem ab uno objecto grato ad aliud, erit *derivativa*: transfertur autem voluptas a fine ad media, & vicissim, ab effectu ad causam, & vicissim, ab objecto simili ad simile, a partibus ad totum, a rebus ad signa, ad res coniunctas loco & tempore; sœpe derivativa habetur pro primitiva aut etiam subin transit in primitivam: quibus criteriis voluptas primitiva discernitur a derivativa? an solum voluptates corporales primitivæ sunt? — Ista idearum adsoctio efficit, ut raro pura sit voluptas quedam aut tedium; sed plerique sensations nostræ mixtae sunt. — Voluptas est *sensualis*, quatenus præcise ex sensatione externa oritur, *rationalis* ex conscientia interna perfectionis animæ enascitur: phantastica triplici ratione dicitur a) si præterita

voluptas reproducitur; hæc debilior est voluptate sensuali: recordatio præterita voluptatis subin grata est, subin molesta, sicut tædia præterita, dum reproducuntur, saepius voluptate miscentur, b) si ex ideis adsociatis derivatur: plures sunt cause, cur voluptates phantasie saepissime fortiores sint actu perceptis c) quæ oritur ex objecto per fictionem phantasie composito: multa placent ex descriptione verbali aut in imagine proposita, quorum sensatio actualis ingrata est: Voluptas *moralis* oritur ex actionibus moraliter bonis: an sensus moralis in homine est speciale quoddam principium, a reflexione rationis distinctum, quo actionum bonitas aut malitia appercipitur? non videatur. — Licit omnis voluptas ex intuitu propriæ realitatis, adeoque ex amore sui oriatur, tamen *interessata* distinguitur a *desinteressata*, quod illius expressum & deliberatum motivum sit propria perfectio, commodum aut remuneratio, non vero hujus. — Primum voluptatis æstimari solet a) ejus vivacitate b) duratione & constantia c) puritate d) propinquitate e) certitudine. Unde vero repetitur voluptatis constantia? impura esse potest voluptas vel vi indolis naturalis, vel vi conditionis, sub qua gustatur, vel vi sequestrarum: voluptas remota & prævisa solum ordinarie debilior adparet, quam præsens: subinde tamen & futuram voluptatem sic exaggerat phantasia, ut expectationem non attingat.


§. 2 *Leges appetitus.* *Appetitus* est conatus præsentem voluptatis intuitum continuandi, aut prævisum efficiendi; *aversatio* est conatus præsentem tædii sensum removendi, aut prævisum impediendi: cietur motivis; motivorum vis non est absoluta sed relativa motiva triplici sensu vocari possunt *sensualia* & *rationalia*; hinc & appetitus triplici sensu *sensualis* erit & *rationalis*: quod motiva jam confusa, jam distincta excitent appetitum, non est fundamentum eum dividendi in sensitivum & rationale; quid est pugna, quid consensus appetituum? — Generales appetitus leges hæc sunt: quidquid voluptatem aut tædium parit, appetimus vel aversamur: nil appetimus, nisi sub ratione boni, nihil aversamur, nisi sub ratione mali — Inde intelliguntur hæc leges speciales: 1) fortius allicietur appetitus, cæteris paribus, quo major proponitur voluptas: 2) quo ipsa motiva magis distincte cognoscuntur: interim saepius prevalent motiva confusa ob tardiorum distinctæ *idea* evolutionem, minoremque copiam *idearum* simultanearum & adsociatarum: tamen & *idea* distinctæ saepius repetitæ vivaces redduntur & fortes: 3) efficaciora sunt motiva fortiora præ debilioribus 4) certo præ incertis 5) quæ velo-

velociorem &  
ideæ voluptat<sup>is</sup>  
fortius stimul<sup>is</sup>  
qua tum pect<sup>er</sup>  
major expedit<sup>er</sup>  
stivi & rati<sup>on</sup>  
tere, ad quo  
appetitus ma<sup>ior</sup>  
fortius stimul<sup>is</sup>  
voluptatis id<sup>em</sup>  
modo princ<sup>ip</sup>al<sup>is</sup>  
in pugna a<sup>ctu</sup>  
apparet, lie<sup>te</sup>  
per bonum  
9) Impedi<sup>re</sup>  
10) quod  
placuit, se<sup>curt</sup>, dein  
& repetiti<sup>on</sup>  
senties jam

§. 3  
est facult<sup>as</sup>  
aversation<sup>is</sup>  
libera esse  
tur: syoni<sup>bus</sup>  
bus actio p<sup>ro</sup>  
species aut<sup>em</sup>  
nis; hinc t<sup>em</sup>  
Trias sunt  
motivis co<sup>n</sup>  
minus bonu<sup>m</sup>  
majus habeat<sup>ur</sup>  
ad libertatem  
diversas simili<sup>tas</sup>  
per reflexionem

velociorem & magis subitaneam originem habent, quam lentius impressa 6) idæ voluptatis aut tadiit motivo adsociata per triplicem adsociationis legem fortius stimulant: ex hac vero adsociatione multiplex est illusio hominum, qua tum præterita voluptas per phantasiam reproducta major apparer, tum futura major exspectatur, quam actu sentiri possit, 7) in consensu appetitus sensitivi & rationalis major erit vis motivorum; in hoc consensu debemus appetere, ad quod ille nos impellit; & semper præfertur, quod respectu utriusque appetitus magis placet, 8) in pugna appetituum motiva sensualia (triplici sensu) fortius stimulant appetitum, quam rationalia: quid fieri debet, ut prævisæ voluptatis idea vicactor reddatur & velocior, & sic motiva rationalia? quomodo principiis moralibus & universalibus addi potest vis alliciendi appetitum? in pugna appetituum tamen bonum per motiva rationalia propositum majus appareat, licet sensualia magis appetitum cieant, quid ergo jam intelligi debet per bonum majus, quo semper determinari appetitum quidam dicunt in pugna? 9) Impedimenta subinde debilitant appetitum, subinde vero & magis accidunt, 10) quod novum est, magis delectat & incitat appetitum, 11) quod initio placuit, saepius repetitum displicet subinde, & aliquando, quod initio displacevit, deinceps delectat: assuetudo actionum initio difficultum grata est, sicut & repetitio idearum valde complexarum semper quid novi habet, 12) præsentes jam animi inclinationes & habitus contracti appetitum augent.

§. 3. *Libertatis vera idea. Spontaneitas late talis, (Selbstthätigkeit)* est facultas entis vi propria aliiquid efficiendi: omnes appetitiones nostræ & aversiones spontaneæ sunt, sive liberæ a coactione; actio non spontanea nec libera esse potest; hinc limites libertatis nostræ circa varias ideas definitur: *spontaneitas stricte talis (Willkühr)* se exerit si una ex pluribus possibili bus actio ponitur; hæc ergo eo major, quo plures possibles sunt diversæ species aut gradus idearum: hinc arbitrium generativum est arbitrium attentionis; hinc boni, quod omnem attentionem rapit non est arbitraria appetitio.— Tria sunt essentialia libertatis constitutiva 1) pugna motivorum: cognitis motivis contrariis attentione ad utramque partem converti potest, etiam ad minus bonum, dummodo justam proportionem efficaciam relate ad bonum majus habeat; libertas ergo primitus & proprius se exerit usu attentionis; hinc ad libertatem requiritur præsentia spiritus & simultanea mentis activitas in diversas simul præsentes representationes: sic motivum initio fortius saepè per reflexionem diminuitur; 2) immunitas a determinatione antecedente:



hinc ratio ultima saltem partialis liberæ electionis continetur in ipsa voluntate; adeoque vis libera completerur per actum ipsum, 3) facultas animæ se ipsam determinandi: ab ultima mentis determinatione pendet, cui motivo præ alio attendere, quomodo attentionem ab uno ad aliud transferre, in quo ultimo attentionem figere velit; hoc ipso illud magis ciebit, magis placebit, apparebit bonum majus: hac posita explicatione salva erit libertas, si dicatur, voluntatem post factam reflexionem semper determinari motivo fortiori. — Quod homines revera gaudeant ista libertate a necessitate, patet ex sensu interno, sensu pœnitentiae, sensu communi, ex eo, quod in sententia Deterministarum cessaret actionum imputabilitas ad laudem & vituperium, pœnam vel proemium, quod alias pœna saltem judiciales injustæ essent; hæc libertas non pugnat cum principio rationis sufficientis.

§. 4. *Commercium animæ cum corpore.* Phœnomena commercii animam inter & corpus certa sunt: tres vero sunt simplices hypotheses, quibus ea explicantur, assistentiæ, harmonia præstabilitæ & influxus physici — Systemati causarum occasionalium sequentes opponimus rationes: 1) fundamentum ejus vacillat, scilicet nullam substantias finitis posse aut actu inesse vim agendi, 2) inutilis esset tam artificiosa organorum extenorū structura, 3) nodum non solvit, sed secat — Harmonia præstabilitæ patroni 1) male negant realem esse ideam actionis transuentis 2) male supponunt omnes nostras ideas habere rationem sufficientem in ipsa anima 3) existentiam Dei non possunt demonstrare a posteriori 4) vel libertatem non salvant, vel systematis sui principium produnt, quod sit invariabilis series omnium animæ operationum. — Si idea nexus causalis inter substantias mundi, quam omnes homines vi sensus communis sibi efformant, vera & realis sit, etiam admitti debet dependentia realis inter corpus & animam: hinc systema influxus physici reliquis saltem probabilius est: Iacet modus, quo fibra cerebri in animam agant, in eaque repræsentationes efficiant, indicari non possit,

§. 5. *Natura animæ humanæ.* Duplex distingui potest Materialismus, crassior & subtilior; illi opponimus, quod anima sit vera substantia, a corpore ejusque organizatione distincta; huic vero: ens illud, quod in nobis concium est omnium impressionum & operationum suarum, non potest esse divisibile in plura, sed simplex & substancialis quedam unitas est: adeoque spiritus: defendimus ipsis eam sententiam, quæ animam simplicem non nisi

nisi dependenter ab organo quodam corporeo licet subtilissimo agere posse statuit; adeoque media inter Materialistarum & consuetam Immaterialistarum via incedimus. — An vero & qualem ortum anima habet? producta certe est; non vero per traducem propagari potest, sed creatur a Deo; quod præexistat corpori organico, ad quod informandum destinatur, nulla ratio suadet. — Anima humana cum corpore non corruptitur, nec ulla vi creata spoliari potest existentia sua aut vi cogitandi: an vero conservabitur a Deo post mortem corporis? id hic non inquirimus, verum illud: an possibile est, animam, quæ, dum juncta erat corpori, continuo in suis operationibus ab eo dependebat, corpore solutam adhuc cogitare? an anima natura sua immortalis est? difficultas in systemate influxus physici, non in alio, est: qui animæ simplici organa interna & incorruptibilia tribuunt, facilius explicant continuationem idearum phantasticarum, memorie, reminiscientie, conscientie personalitatis propriæ. — Bruta esse machinæ argumento analogico refellimus: gaudent facultate sentiendi, vi imaginandi, appetitu & aversatione sensitiva, ac spontaneitate, exspectant casus similes: carent vero intellectu, ratione, appetitu rationali: an sola organizatio est ratio discriminans hominem a bruto? quisnam est character internus & essentialis, quo anima bruti ab anima hominis differt? anima eorum simplex est, & natura sua incorruptibilis.

## THEOLOGIA NATURALIS ET COSMOLOGIA:

§. I. *Existentia Dei*, demonstrari potest dupli modo a) a priori scilicet ex ipsa idea Dei, cuius nomine intelligitur ens infinite perfectum; tale possibile est, & hoc ipso existit; existentia enim seu realitas ad possibilitatem entis infiniti spectat. b) A posteriori: existit aliquid ens a se; hoc ens a se, ut rationem sufficientissimam existentie in se ipso contineat, debet esse infinitum: nec animæ hominum nec mundus iste aspectabilis est ens a se: hic notandæ sunt variæ philosophorum circa originem hujus mundi sententiae; antiqui, cum omnes negarent creationem ex nihilo, materiam mundi vel æternam statuerunt, aut ex substantia divina emanantem, quæ dein iterum aut fortuito atomorum concursu aut a Deo in hanc formam redacta sit, vel mundum istum etiam cum præsenti compositione æternum admittunt. Contra istos has ponimus theses: materia mundi sive elementa, ex quibus corpora & mundus constat, non sunt entia a se; materia mundi non est orta per ema-



emanationem ex substantia divina; cogitari non potest formam & perfectio-  
nem istius mundi potuisse fortuito coalescere, aut ex mera confusione oriri;  
hinc absurdum est Epicuri hypothesis; mundus ergo iste ortus est per creatio-  
nem — Causa ordinis & perfectionis mundi summo intellectu prædicta esse  
debet; existit ergo ens a se, ab anima hominis & mundo isto distinctum,  
quod est causa mundi, ens infinitum, summo intellectu prædictum, quod  
Deum vocamus — Addunt argumenta moralia 1) ex sensu hominum communi  
2) ex utilitate imo necessitate ideae Dei ad ordinem & quietem in societate  
conservandam 3) ad stabiliendum discrimen inter virtutem & vitium.

§. II. *Attributa Dei in genere.* Attributa Dei vel involvunt quan-  
dam activitatem immanentem aut transeuntem, vel solum respiciunt modum  
existentiae Dei, illa vocant *operativa*, hæc *quiescentia*: ad hæc referuntur  
ista, quod sit ens a se, non habeat initium nec finem existendi, non sit nisi  
unicus, ens simplex, omnis prorsus compositionis expers, adeoque immate-  
rialis, inextensus, indivisibilis, in quo neque locus neque motus localis possi-  
bilis est, prorsus immutabilis. Sed jam de *attributis operativis* singillatim.

§. 3) *Finis ultimus creationis mundi — Status vita futurus.*  
Deus sibi ipse sufficientissimus, & simul infinite benevolus est; hinc crean-  
do non potest nisi veram creaturarum rationalium beatitudinem intendere: hæc  
consistit in constanti, facili & distincto intuitu perfectionum divinarum; unde ab ista non differt gloria Dei; hinc gloria Dei & beatitudo vera creatura-  
rum rationalium est finis ultimus creationis, ubi vero gloria Dei non est bonum  
Deum perficiens, sed solum creaturas rationales — finem istum Deus  
in hac vita non consequitur, in qua non datur vera beatitudo; ergo homi-  
nes saltem illi, qui non resistunt benevolentiae Dei, in futura vita beatitudine  
fruentur, & quidem æterna: addimus alia argumenta, quibus conservatio-  
nem animarum post hanc vitam probamus: 1) alias videretur Deus nos crea-  
sse, ut cruciaret 2) homo brutis deterior esset 3) virtus in vitium, & hoc  
in illam degeneraret 4) nulla esset virtuti merces & vitio poena — Sed quæ-  
nam erit fors improborum post hanc vitam? voluit Deus beatitudinem alte-  
rius vitae bono usu libertatis in hac vita facto a nobis adquiri, ideo præsentem  
vitam illi futuræ præmisit: Deus bonum usum libertatis mediis sufficientibus  
(non physice, sed moraliter) promovere debet vi infinitæ benevolentiae, &  
abusum mediis similibus i. e. motivis gravibus impedire; sed talia non da-  
rentur,

tentur, si ead  
erit. Hucu  
tur, in quo  
tate potientur  
tur? ad temp  
elegit Deus;  
penas æterna  
morale & absu  
prædicti, sic o  
narum ejus be


§. 4.  
dus ille est  
mala. Sed  
debet ex ejus  
tis usu adqui  
fibili, comp  
quem cum I  
elegit —  
motivum e  
tatis, qual  
bus incurre  
nolitio cre  
respectu:  
faillit omitt

§. 5.  
ficiendi disti  
cibilium sci  
gunt scienti  
ditionatam si  
tarum, &  
Deo nonnisi  
comprehendit  
complacentia  
in desiderio il

centur, si eadem fors maneret probos & improbos; hæc ergo certe inæqualis erit. Hucusque ratio pertingit revelatione non adjuta: si jam porro queritur, in quo consistet fors improborum? an isti solum minore quadam felicitate poscentur? an animæ eorum annihilabuntur? an poenitentiam cruciabuntur? ad tempus? an forte æternis? omnes isti casus possibles sunt; unum elegit Deus; poterat etiam pro medio absterrenti a libertatis abuso eligere poenas æternas, quod esset motivum efficacissimum & impellens ad bonum morale & absterrens a malo, ad quod tantopere stimulantur homines libertate prædicti, sic optime promoveret finem ultimum; unde sanctio poenarum æternarum ejus bonitati non contradiceret.

§. 4. *Perfectio mundi — libertas Dei in creatione ejusdem.* Mundus iste est relative optimus: huic summae relatiæ perfectioni non obstant mala. Sed an etiam est absolute optimus? bonitas absolute mundi estimari debet ex ejus aptitudine ad promovendam beatitatem æternam, bono libertatis usu adquirendam; optimus ergo erit, si in isto plures, quam in alio possibili, computato simul numero improborum, finem ultimum consequantur, quem cum Deus vi infinitæ benevolentiae unice intendat, sine dubio optimum elegit — nihilominus a creatione mundi istius etiam optimi absterrens Deo motivum esse debuit jactura beatitatis tanquam finis ultimi ob abusum libertatis, qualem experientia docet in mundo præsenti frequentem esse, a pluribus incurrenda: hinc mundus iste libere a Deo creatus est; ergo contingens: nolitus creandi mundum æque benevolia fuisse quam volitus, licet diverso respectu: interna perfectio Dei non augetur creatione mundi, nec minuta fuisse omissione.

§. 5. *Intellectus & voluntas divina.* Intellectus divinus est vis efficiendi distinctissimam, simultaneam & immutabilem rerum omnium cognoscibilium scientiam: pro ratione diversa objectorum cognoscibilium distinguunt scientiam simplicis intelligentiae & visionis, eamque absolutam & conditionatam sive medianam. Deus etiam certo præscit actus futuros liberos creatorum, & hæc præscientia infallibilis non tollit libertatem actus futuri: in Deo non nisi scientia veræ esse possunt; omniscius est, & omnia intellectu comprehendit — voluntas Dei, quatenus ipse sibi objectum est, consistit in complacentia summa de perfectionibus infinitis; quatenus creaturas respicit, in desiderio illis conferendi beatitudinem respective summam: sed distingui



hic debet voluntas *antecedens & consequens*, illa prona est ad beatitudinem omnibus creaturis & media istius consequendae conferenda, sed non est intrinsece efficax; hæc vero iis solum, qui libertate bene usuri prævidentur, & est infallibiliter efficax: creatio mundi est effectus voluntatis consequentis. Respectu Dei non datur *casus* in mundo, sed omnia præsciente ipso & volente, voluntate aut negativa aut positiva, eveniunt: Deus omnia, quæcumque vult aut non vult; ab æterno decrevit; hinc voluntas Dei variabilis quidem est quoad actus liberos, sed tamen immutabilis: volitiones ejus non præcedit consultatio; caret affectibus propriis dictis.

§. 6. *Omnipotentia* est vis efficiendi actione transeunte *omnia* intrinsece possibilia; unde ad omnipotentiam Dei non pertinet, effectum aliter producere, quam possibilis sit; unde non erit defectus potentie in Deo, si nequeat producere ens infinitum, actione immediata actus immanentes creaturarum viventium, aut liberos in eisdem — natura in hoc universo distincta est ab omnipotentia Dei; illa est collectio omnium virium finitarum: exerunt se autem vires substantiarum creatarum constanti quadam ratione; sic observamus *cursum* naturæ, hic fundatur in *ordine* naturæ sive prima substantiarum mundi compositione; hinc abstrahimus regulas, juxta quas substantiae agunt, quæ sunt *leges naturæ*. Substantiae mundi in alio nexus aliam eventuum seriem efficiunt, per solas ergo vires substantiarum essentiales non determinatur cursus & leges naturæ; he ergo, licet a natura sibi relicta mutari non possint, possunt tamen a vi superiore, Deo præsertim, qui est auctor naturæ — effectus, qui deflectit a noto & constanter observato cursu naturæ, dicitur *extraordinarius*; hic existere potest vel immediata actione Dei, vel alterius genii superioris, vel occultis naturæ dispositionibus a conditore factis, quibus determinato tempore eventus inexpectatus & phenomenon extraordinarium oriretur: effectus, qui in viribus naturæ universæ creatis rationem sufficientem non habet, dicitur *supernaturalis*, & quidem, prout vel in nullis viribus creatis vel tantum non in legibus nexus causalis fundatur, quoad substantiam vel quoad modum; cum vero certo dici nequeat, quo usque se extendant vires naturæ universæ, spirituum præsertim bonorum vel malorum, adeoque effectus vere supernaturalis difficillime dignoscatur; hinc *miraculum* definimus, quod sit effectus extraordinarius vires humanas superrans: talis effectus, licet non vere supernaturalis, tamen impressionem in hominibus faciet sibi conformem: miraculum est possibile.

§. 7. *Summa* est in  
nita sapientia  
do fine ultimo  
respective sum  
hac vita liber  
improbus distri  
Finis ultimus  
diorum ad eu  
nita sapientie  
eligi posse.  
sophorum in  
atheismi, &  
repentit; sec  
ciale principi  
difficultas no  
sapientie &  
summi fel  
deinde in si  
Deo tanquam  
pro præsent  
non dedecet  
mittuntur,  
possunt fini  
ratio Deus p  
voluntati se  
tamen plus r  
ut optime fi  
ad bonum fin  
bonum finem  
proximus, s  
cum malo mo  
bertatis, po  
negativum qu  
ne est aucto  
rum titul.

§. 7. *Sapientia, sanctitas, bonitas respectiva & misericordia Dei.*  
 Summa est in Deo sapientia, sanctitas, vi cuius actiones liberas semper infinita sapientiae conformat, & bonitas respectiva. a) *Bonitas Dei in statuendo fine ultimo:* vi bonitatis sua debet Deus homini præstituere beatitudinem respectiva summam, adeoque libere adquirendam: negata sive hominum in hac vita libertate, sive alterius vita existentia, ubi præmia bonis & poenæ improbis distribuantur, bonitas Dei defendi non potest permittentis tot mala. Finis ultimus sapientiae & bonitati Dei perfecte consentit: de aptitudine mediorum ad eum finem a posteriori non possumus judicare, sed ex ideis infinita sapientiae & bonitatis a priori colligitur, nonnisi aptissima ab eo media eligi posse. b) *Bonitas Dei cum permissione malorum conciliatur.* Philosophorum ingenia diu torcit hoc objectum: aliqui ex malo ansam arripuere atheismi, & omnia fato adscripsere; alii mala ex præviis hominum delictis repetunt; sed manet quæstio: cur Deus illa delicta permisit? Manichæi speciale principium mali statuere; sed istud admitti nequit, & si etiam daretur, difficultas non solvit. Nos in primis generatim & a priori ex ideis infinita sapientiae & bonitatis Dei statuimus, mundum istum optimum esse, adeoque summi felicitatem sine eorum malorum permissione obtineri non potuisse: deinde in specie mala *essentialia* ex mundo abesse non possunt, nec sunt a Deo tanquam a causa efficiente. Mala *physica* sèpe non carent utilitate etiam pro præsentis vita statu: si illis promovetur bonus libertatis usus, profecto non dedecet bonitatem Dei, illa in hac vita permittere; re vera non permittuntur, nisi ut, & quatenus hominibus in hoc mundo media sunt & esse possunt finis ultimi; adeoque necessaria ad istum promovendum. Mala *moralia* Deus physice quidem, non moraliter permittit: horum permissione juncta voluntati seriae ea impediendi non repugnat bonitati Dei, sed consentit: non tamen plus mali moralis permittere potest, quam scit necessarium esse ad id, ut optime finis ultimus obtineatur. c) *Bonitas Dei in directione malorum ad bonum finem.* Deus in hoc universo mala physica & moralia dirigit in bonum finem; finis vero iste est vel *ultimus*, scilicet beatitudo æterna, vel *proximus*, scilicet bonus libertatis usus: omnia mala physica sive per se cum malo morali connexa, sive naturales eventus, sive effectus alienæ libertatis, possunt esse media boni usus libertatis, & habere usum tam negativum quam positivum. Deus non facit mala, ut eveniant bona, nec est auctor mali. d) *Bonitas Dei in dispensatione bonorum humanis ius vita.* Bona physica omnia a Deo nobis obveniunt, & quidem,




ut sint motiva impellentia ad actiones bonas & absterrentia a malis: bona physica, si non parta abuso libertatis, sunt vera bona: felicitas improborum in hac vita & constans miseria proborum argumentum est fortis illorum inæqualis in altera vita, ac proin utraque motivum impellens ad bonum usum libertatis. Deus cuilibet homini tantum confert boni, quantum salva sapientia & sanctitate potest. De Dei bonitate ex bonis & malis hujus vita recte judicari non potest — misericordia est prompta voluntas impediendi mala aliena vere talia; est pars bonitatis respectivæ: ad perfectam misericordiam non spectat, amovere ea quoque mala, quæ per accidens maximorum bonorum fore cause necessaria prospiciuntur; unde de misericordia Dei judicari non debet ex malis hujus vita. Deus summe patiens & mansuetus est erga creaturas, licet male de se meritas; unde dubitari nequit, quin summe facilis sit ad ignoscendum illis, quos sincera de malis actibus pœnitentia tangit.

**§. 8. *Justitia Dei.*** a) *In genere* est prompta voluntas felicitatem aliorum secundum consilia sapientiæ sancte promovendi: inest summa Deo. Juste creavit mundum illi præfigendo hunc finem ultimum, etiam quatenus specialem benevolentiam probis in alia vita exhibet. b) *Jus in creaturas.* Deo competit dominium plenum & absolutum omnium rerum totius universi, s. immediata actione Dei creentur, s. generentur libere vel non libere; Dominio isto se Deus abdicare nequit; incapax est Domini despotici: est etiam plenus dominus omnium actuum liberorum, dando facultatem liberam & ipsos actus mediis moraliter sufficientibus promovendo aut impediendo. c) *Justitia legislatrix.* Mala, & quæ ex actionibus malis per se sequuntur, & quæ post mala moralia vi ordinis naturæ aut ex aliena libertate eveniunt, sunt pœnae divinæ; sicut omnia bona physica actus bonos sequentia sunt proemia: hæc autem pœmia & pœnae sunt insufficientes ad promovendum bonum usum libertatis — obligare homines tantum potest Deus, aut cui Deus jus precatum ad id concesserit; unde omnis obligatio activa voluntatem Dei importat. Rationes sufficientes legum divinarum a fine creationis ultimo & varia aptitudine actionum liberarum ad eum finem repetuntur, hinc sanctissimæ sunt & justissimæ. d) *Meritum actionum creatarum.* Homo de homine meritum condignum habere potest, non vero respectu Dei. Creatio, ordinatio hominis ad finem ultimum, & largitio mediorum sunt mere gratiæ Dei: tota natura non habet premium respectu Dei: potest tamen homo bono libertatis usu vere mereri pœnum a Deo, non tamen beatitudinem æternam de condigno; unde Deus ad eam conferendam solum innata benignitatē movetur. e) *Justitia*

tia vindicati  
hujus vite sol  
§. 9.  
rom ad certu  
substantiarum  
omnes inmed  
a) Dispositio  
tinuare neque  
uti solum a De  
fervatione nul  
do naturam i  
speciem & ind  
solum ut cau  
secuturos, sed  
mala mere ph  
atum liberor  
homine ut ca  
Deus illos ceu  
quidem compl  
las per se cum  
quantur, illos  
tum eum causa  
lium homini a  
physicam nece  
simul permitta  
tate, ut nec  
Deus permitta  
natio omnia d  
ad istum Deus  
merita istius fin  
nat immediate  
motiva & occa  
cendum se, q  
quos per accide  
libertate abusi

*tia vindicativa.* Irrogatio poenarum ad justitiam divinam pertinet; poena  
hujus vita solum paternæ sunt, sed illæ alterius vitæ, si dentur, judiciales.

§. 9. *Providentia*, est voluntas sapienter disponens ordinem medio-  
rum ad certum aliquem finem; providentia divina conservatione omnium  
substantiarum, dispositione omnium actionum & eventuum, concurso ad  
omnes immediato, & gubernatione omnium ad finem ultimum absolvitur.  
a) *Dispositio ordinis naturæ.* Creaturæ existentiam suam vi propria con-  
tinuare nequeunt; nec creaturæ se invicem conservare possunt; hinc omnes,  
uti solum a Deo creari, sic & conservari possunt ac debent. Sine divina con-  
servatione nullum ens creatum quidquam agere, aut pati potest. Deus crea-  
ndo naturam simul determinavit omnes futuros effectus naturales secundum  
speciem & individuum. Concurrit Deus ad actiones singulas creaturarum non  
solum ut causa *ultima*, creando & vires agendi dando disponendoque effectus  
secuturos, sed etiam ut *immediata* per conservationem; unde omnia bona &  
mala mere physica a Deo tanquam causa principaliter dependent. b) *Dispositio  
actuum liberorum.* Deus facultatem liberam completam ad actus morales in  
homine ut causa prima determinat; adeoque, quoties actus boni ponuntur,  
Deus illos ceu causa principalis determinat determinatione antecedente, non  
quidem completa, sed tamen infallibiliter efficaci, & sic etiam omnes seque-  
las per se cum actu bono connexas: quoties autem actus moraliter mali se-  
quentur, illos Deus antecedenter non determinat ceu causa per se, sed tan-  
tum ceu causa per accidens, quatenus vires agendi & immediatum concursum  
suum homini ad bonum, & ex illius intentione sic tribuit, ut tamen nullam  
physicam necessitatem bene agendi imponat, sed possibilitatem actus mali  
simil permittat: Deus tamen actum malum sic determinat negativa volun-  
tate, ut nec plus, nec aliud malum morale admittere homo possit, quam  
Deus permittat; unde omnes actus liberi subsunt providentia. c) *Guber-  
natio omnia dirigens ad finem ultimum.* Finis noster ultimus optimus est;  
ad istum Deus omnes creaturarum actiones dirigit, & quidem bonas ceu  
media illis finis immediata, reliqua vero bona & mala physica in mundo ordi-  
nat immediate ad actus bonos liberos ceu proximum, ut sint horum  
motiva & occasionses; mala quoque moralia, quæ permittit, ordinat tam se-  
cundum se, quam secundum eorum effectus ad actus alios moraliter bonos,  
quos per accidens ex illis eventuros prævidet vel in illis ipsis, qui prius jam  
libertate abusi fuerant, vel ex eorum occasione in aliis. d) *Perfectio pro-  
viden-*



*videntiae divinae.* Hæc *universalis* est, i. e. se extendit ad omnes substantias, earumque modificationes; unde vanum est assertum, quod Deus tantum species & genera, non individua curet; & summe efficax, sic, ut nihil illi resistere possit; non tamen ideo libertati humanæ obest. e) *Præsentia Dei immensitas.* Deus præsens est rebus omnibus in toto universo, intime, & immediate, per intellectum, voluntatem & potentiam suam; Deus in loco existere nequit, hinc ejus præsentia localis non est, sed tamen immensa.

§. 10. *Errores oppositi veritatibus hucusque propositis.* *Atheismus* refutatur probando mundum istum non esse ens a se, & notionem Dei esse possibilem. *Anthropomorphismus* crassos & subtilis ostensa Dei infinitudine evertitur; *Spinozismus* substantiam confundit cum ente a se, Deum reddit mutabilem & finitum, substantias finitas male negat possibles, & ab infinita distinctas: *Polytheismus* falso nititur fundamento, Deum aut finitum esse posse, aut infinitum posse multiplicari: *Manichæismus* erroris convincitur per factam a nobis combinationem mali in mundo cum perfectionibus Dei infinitis; *Fatalismus* (fatum autem hoc in primis intelligimus) ruit ostensa & Dei & hominum libertate.

## POSITIONES EX HISTORIA NATURALI.

- I. Animalium classes sunt sex, a) Mammalia, b) Aves, c) Amphibia, d) Pisces, e) Insecta, f) Vermes,
- II. Notas characteristicas classium ex differentia cordis & sanguinis, tum ex aliis nonnullis attributis generalioribus deponimus; diversitatem vero ordinum ex habitu exteriore determinamus,
- III. In descriptione animalium a) figura corporis, b) constitutio partium, c) solidarum, & d) fluidarum, earumque ad certos usus conformatio, e) sensus, f) nutritio, g) incrementum, h) duratio, i) habitatio & generatio, denique, h) servitia, quæ nobis præstant, & commoda potissimum observanda sunt.

EX

EX MATHESI.  
EX ALGEBRA.


- I. Dare Notionem generalem Algebrae.
- II. Explicare æquationes in genere, — simplices, determinatas, indeterminatas, quadratas, cubicas, ordinis superioris.
- III. Indicare modum separandi quantitates cognitas ab incognitis.
- IV. Solvere Problemata determinata simplicia.
- V. Solvere Problemata indeterminata simplicia.
- VI. Solvere Problemata determinata quadrata.
- VII. Solvere Problemata indeterminata quadrata.
- VIII. Appicare Algebram geometriæ rectilineæ.
- IX. Appicare Algebram geometriæ curvilineæ.

EX TRIGONOMETRIA.

- I. Dare notionem Trigonometriæ generalem; ejus divisionem in rectilineam & sphæricam, tum ejus usum assignare.
- II. Explicare lineas in traditione Trigonometriæ occurrentes.
- III. Sinuum & tangentium theoriam explicare.
- IV. Logarithmorum tum definitionem, tum usum assignare; modumque, quo quilibet pro quolibet numero inventus fuerit.
- V. Latera trianguli sunt in ratione sinuum angulorum oppositorum.
- VI. Summa duorum trianguli laterum est ad differentiam, uti tangens summa dimidiatae duorum angulorum ad tangentem semidifferentiæ.
- VII. Datis trianguli partibus scitu necessariis invenire incognitas.
- VIII. Invenire rationem diametri ad peripheriam circuli.
- IX. Distantias locorum quascunque metiri.

EX MECHANICA.


- I. Notio Mechanices generalis. Explicare quid sit potentia, resistentia, centrum gravitatis, magnitudinis, hypomochlion. Quid linea directionis, linea horizontalis vera, apprens, & distantia ab hypomochlio.
- II. Potentiae, quæ sunt in ratione inversa distantiarum ab hypomochlio, sunt in æquilibrio.
- III. Spatia & celeritates mastarum eodem tempore se moventium sunt ad se invicem, uti distantiae a centro quietis.
- IV. Explicare machinas simplices, eorumque effectus.
- V.



- V. Cognitis machinarum simplicium partibus quibusdam invenire rationem potentiarum & celeritatum ; & vice versa,
- VI. Effectus machinarum compositarum æquatur effectuum producto , quos partes earum præstant.
- VII Explicare funium naturam , usum , mutationes ab humiditate in illis profectas.
- VIII. Affictus , Remedia illum minuendi. Ejusdem utilitas.

### ÆSTHETIK.

1. Was Æsthetik sei ; etymologische Erklärung dieses Wortes ; Geschichte der Æsthetik , als Wissenschaft betrachtet ; über den Werth und Unwerth der heutigen Æsthetik.
2. Begriff und Eintheilung der Künste und Wissenschaften überhaupt ; Verzeichniß der schönen Künste ; Eintheilung derselben , nach ihrer erhöhten oder niedern Einwirkung auf die Seele , und ferner , nach der Verschiedenheit ihrer Zeichen ; Unterschied der schönen Wissenschaften und schönen Künste ; in wiefern die schönen Wissenschaften und schönen Künste ihre eigenthümliche Gränzen überschreiten dürfen ; Verbindung der schönen Künste und Wissenschaften . Nutzen ; Hauptgrundfatz , Ursprung und Geschichte der schönen Künste und Wissenschaften.
3. Verschiedene Gattungen des Schönen ; Begriff des einfachen und zusammen gesetzten Schönen ; Schönheit ist kein absoluter Begriff.
4. Begriff des Einförmigen und Mannigfaltigen ; dessen Wirkung auf die Seele ; das Mannigfaltige muß in den schönen Kunstprodukten mit dem Einförmigen verbunden werden ; das Uübermaß in einem oder dem andern erzeugt Uüberladung , Schulton , Pedanterey.
5. Begriff des Natürlichen , in wiefern es dem Künstlichen und Gekünstelten entgegengesetzt wird ; das Natürliche ist jedem Kunstwerke nothwendig ; wie es erreicht werde.
6. Was Einfachheit , Simplicität oder Einfalt sei , und wie vielerley ; wie sie erreicht werde.
7. Begriff des Naiven ; verschiedene Klassen derselben ; in welchen Fällen und unter welchen Umständen das Naive anwendbar sei ; dessen Wirkung auf die Seele,



Centimetres

## TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

## TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	---	----	----	----

